capit sic ad oculū videm⁹: vñ similes sum⁹
allicib⁹ qui ybicūꝝ lumē viderint ibidem
talit⁹ delectantur q̄ illuc ꝑcurrūt ⁊ capiūtur
Fugiam⁹ igit⁹ has delectationes ⁊ inq̄ram⁹
illā sup̄nā delectatiōē q̄ nō habebit fines.
Illa enī est pfecta delectatio q̄ acq̄rit vias
vire insequendo. vñ ꝑp̄ba. **Notas** in se, vi,

vire adī. me. le. cū. vul. f. b. i. d. f. v. in finem.
Ad hanc igit⁹ delectatiōē inuitamur cū di-
cis nob. Venite bñdicti ⁊c. Tertio dicit q̄
h gaudiū siue delectatio nō generat vllum
fastidiū. Dec enī est vna differētia inf gau-
dia ⁊ delectationes mūdī ⁊ paradisi: qz hec
gaudia mundi tandē fastidiū: ⁊ displi-
ciam generāt. Videm⁹ enī q̄ si q̄ gaudē
in delicijs carnis vtpote in bibēdo ⁊ comedēdo
q̄rit⁹ cibi sint boni vel vna optēta
finalit⁹ vertunt in nauēsa: imo possunt no-
tere ad mortē. Cōsidera oīa alia in quibus
hoies solēt gaudere ⁊ letari siue sint bono-
res: siue dignitates: cant⁹: corez: ⁊ cetera by-
tūmodi oīa habēt fine triste. Prouer. **xiij.**
Risus dolore miscēbit⁹: ⁊ extrema gaudiū
letus occupat. Gaudiū autē ⁊ delectatio glie
celestis nunq̄ displicēbit⁹: sēp placebit⁹
imo villo dei ⁊ delectatio erūt tāte cōplacē-
tie ⁊ delectatiōis q̄ vt dicit **pe. c. i.** ꝑma cano-
ꝑse xus est in quem desiderant angeli ꝑ-
spicere. **Sz** qrit glo. **Lur** cernere desiderā-
cū⁹ facies cernere nunq̄ cessant. Et solū
ipsa glo. qz ꝑreplatio diuine p̄tie ita an-
gelos bñficat vt ei⁹ vlla glia satient⁹ ⁊ ei⁹
sēp dulcedineꝝ quasi nouā insatiabilē
siue insatiabiliter esuriunt. Et **Breg.** Lib-
res delice habite appetitū excitāt. tenent
autē fastidiū generāt. **Ecccl. xxiij.** Qui edū-
me adhuc esuriēt. ꝑpter h̄ dicit sponſa. c.
q̄ sponſus ei⁹ est totus desiderabilis. ⁊ t-
ster vlti. Tāde admirabilis es dñe ⁊ fa-
es tua plena est grātiā. Doc etiam ꝑueni-
ipſis hoib⁹ beatis qñ erunt in illa gloria
angeli dei. Et h̄ est multum difficile nobis
ad intelligendū. s. esse in tāta delectatiōē
nunq̄ fastidiū: sēp iocūdisime illā ꝑ-
sistere: s̄ ita est certitudinalit⁹. qz aliter nō
esset summa felicitas si aliqđ triste possit
illuc accidere. Doc gaudiū ⁊ hanc delecta-
tiōē spiritu diuino faciente intelligēs reg-
ꝑpheta ait. Sustate ⁊ videte. q. sus. est. d.
Ubi ait **Th.** de lyra. quasi diceret ꝑr expo-
mentū potestis ꝑbare qñ inuis est do-
nus. Et loq̄tur ad modū hominū dulcedi-
vini ꝑbantū. qz ꝑmo modicū degustant
ex hoc cognita ei⁹ dulcedine alliciantur
ampli⁹ gustandū. Sic homines tūcti
piētes aliqđ de dulcedie dei allicunt ad
ꝑli⁹ gustandū. Adūredū tñ q̄ ꝑbāres ad
dinēvini illō modicū qđ ꝑgustāt sup̄ lig-
diu retinet. Sic sēuētes diuā dulcedine
bēt eā q̄ diu ꝑn̄ ⁊ retineret: qz b̄ est quod

eludii beatitudinis future: ppter qd se
if Bris vir qui sperat in eo. Talis enim
gustatio vine dulcedinis auget spem fu
re beatitudinis. Et licz apud hoies nimia
militantias aliqui pariat coreptu. talis tñ
militantias dei ad hoiem qua ei coicat in
viti vita sua dulcedine magis auget re
uerentia filiale hois ad deu. Ideo subditur.
mete dñm. o. se. q. n. est in o. t. e. Et hoc
m q sentit in se diuinā pñentia. modo
reicio sufficit eis pomni bono. imo alia
na eis desipiūt: nisi quātū necessitas exi
hec de lira. Si igit de? tātū sapit in via
id faciet in pria cur videbit facie ad fa
n. Dec igitur suma delectatio nūq fasti
na: nūq displicēs. sed semp quasi noua
ciens hui? nō erit finis. O deus me? qd
nis saperet oia hec mudi gaudia: he de
tatioes quib? tātū adderem? Lerte hec
reputarem? velut amara. et dicerem? cū
o. Phil. in. Que fuerūt in lucra hec arbi
tuz ppter xpm detrimēta. Et vere si hāc
tima delectationē bñ attendam? ea que
am? lucra vt absūdare diuitijs honozib?
clitjs mudi reputabim? detrimēta t in
a. ideo seqf. Dia inq? paul? estimo detri
mē esse ppter eminētē scientiā iesu christi
mei: ppter quē oia detrimētū feci t ar
oz vt stercora vt xpm lucrifacias. Quia
ez in christi visione erit summū gaudij
qd vocamur p thema ppositus. Venite
sciti zc. Quarto dictus est. qz ibi desicit
studij. Studij est vehemēs animi ap
petio ad aliqd pagēdū. Lōter eni hois
iū t applicatio tam p intellectū qz per
itarē est ad hoc qd pteritis desideram?
desiderijs si compleat delectat animas.
ouer. xij. Dēs aut hoies. vt dicat primo
terpaphitice naturalit scire desiderāt. et
imperfecta naturaliter desiderāt perfici t
ime creatura rōnalis desiderat pueni
gaudij eternū dicēte ppheta. Quem
odū desiderat ceru? ad fontes aquarū
z. a. m. ad. t. deus. Si. a. m. ad. d. fon. vi.
o oēs debem? studere t oēm diligētiāz
nerē vt ad id qd desideram? attingam?
quomō verū est qz sup omnia deū vi
in gloria desidēremus t cū eo gaudere
paucoz ad hoc se disponere per vitam
am?. Ad hoc ait Richar. de media vil.
it. in. i. q. n. pncipalis. Qz beatitudo
reiter pōt cōsiderari in generali inq? tū
mū quoddā sufficientissimū: vel in spe

ciali scz inq? tū cōsistit in clara dei visione t
imperfecta eius dilectioe t gaudio qd habet
de dei bonitate pñenti per clarā et? visionē
t imperfectā dilectionē. Primo mō bñtudo
est oib? hoib? nota. Quilibz eni scit qd ē bo
nū t quid est sufficientissimū. Secūdo mō
nō est oib? nota. vnde nō oēs eā appetūt. s?
pmo mō oēs eam appetūt: qz appetit? eius
naturalis ē. Tñ Aug. xij. de tri. ca. viij. Dicit
qz ad appetēdū bñtudine natura compellit
cū summe bon? et imutabilis ei beat? crea
toz: hoc indidit. Dicit etiā glo. sup illud ps.
Beata gens qz anim? est naturaliter capax
bñtudinis. nulla aut creatura capax natu
raliter alicui? boni derelicta oī naturalis in
clinatione. Boñ. in. iij. di. xlij. q. ij. Ad hoc
idem inq? Duo sūt que faciūt appetitū scz
cōueniētia t indigētia. Qm igit aia rōna
lis creata est ad dei imaginē t similitudinē fa
cta est capax boni sufficientissimū. t ipsa sibi
nō sufficit cū sit vana t deficientis. ideo dico
qz verā beatitudines appetit naturalit. Et
seqf. Dēs ergo hñt appetitū. bñtudinis ve
re in generali t habēt cognitionē in genera
li. Dēs eni credit qz bñtudo sit bonū quod
sufficit. t oēs illd appetūt i spālī dō qñ assu
mif h sufficere. s. honozē vel potētiā errat
cognitio t declinat affectio. Est sile de eo q
yulc emere aurū t frustū auri credit eē au
ricalcū. Si queras ab eo qd velit emere. re
spōdebit. aurū. Si qras qd frustū? Rñde
bit qz hoc: demōstrato auricalco. Similiter s
ab auaro qras vtrū appetat bñtudine verā
t velit habere? Rñdebit qz sic. Si qras qd
velit vtrū paradysum vl denariū? Rñdebit
denariū. Et hui? ratio est. qz hic credit ius
ficientiā t ibi nō est. Si queras quō cogno
scit in generali. dico qz innata est illa cog
nitio. Si qras per qd. Dico qz sufficientiā no
scit p indigentias. Si opponas qz seruatō
nō est via cognoscēdi habitū. dicēdū qz est
quedā indigētia oīno pauas quedā dispo
nēs t inclinās. t hec ē ratio cognoscēdi. vñ
si materia haberet potētiāz cognoscēdi: co
gnosceret vtrūqz formam ad quā inclināz
t dispōnē. Dec Boñ. Sed vere p fidē aliam
habem? cognitionē de vita eterna. Scimus
enī qz resurgem? t in corpe t in aia simul in
illa celesti glia perpetuo manebim?. Sicut
plus dicit cur de vnione corpis ad animas
tractabim? quare studium nrū t vehemēs
applicatio debet esse in nobis: circa ea que
ducūt ad hoc gaudij: qz finis imponit nes

cessitate his que sunt ad finē. Hoc est dictu
q̄ si fines nrm que est glia eterna velimus
assequi oportet nos sollicite prudētē r artē
re scire oia et ea que sūt gaudij hui⁹ media
acquirēdi. Sicut enī videm⁹ q̄ ignis quia
appetit sursum esse. ideo semp̄ aſcēdit r ten-
dit sursum. ita r nos si desideram⁹ vere r nō
fictē gaudia paradisi. debem⁹ semp̄ faciem
cordis nr̄i habere sursum. q̄ illa gaudia sūt
desiderabilia sup̄ aurū r lapides preciosum
multū r dulciora super mel r fauim. vt dic̄
ps̄. Ceruus enī calefact⁹ in venatide nō cō-
suevit sistere in riuulo sc̄as q̄ ibi ad plenus
nō posset recreari. si currit vsq̄ ad fontē si-
ue ad lacum aqua abūdat. s̄ ibi pfecte re-
creat r refrigerat. Sic vere desiderij nrm
nō debet esse ad nullū bonorū mūdū. q̄ ibi
nulla est facietas. s̄ celeriter debem⁹ cur-
re r a iuuē tute incipere hmōi cursum. quia
nescim⁹ qm̄ moriemur. debem⁹ in q̄ currere
ad fontē paradisi vbi pfecte poterim⁹ recre-
ari vt possum⁹ dicere cū ppheta. Perfecit pe-
des meos tanq̄ ceruorū r super excelsa sta-
tuens me. In hoc silēs esse debem⁹ onagro
qui est asin⁹ siluestris qui q̄ multū sitiit
nūq̄ in vult bibere aquā turbidā. imo expe-
ctat clarā in illō. ps̄. Expectabūt onagri i-
siti. In q̄ pculdubio instrum⁹ q̄ sit r ardor
desiderij nr̄i nūq̄ vult bibere aquas turbidas
voluptatis carnis r mūdū. q̄ nō satiant. s̄
aquas claras r mundanas grāri r glorie.
qd̄ est cōtra pctōzes imūdos qui magis de-
siderāt aquam turbidā huius mūdi. de q̄
bus Ro. i. Tradidit eos de⁹ in desideria cor-
dis eorum. r. Abstinetē ergo vos a carna-
libus desiderijs que militat aduersus anī-
mam. i. Pe. ij. Et studetē puenire per bona
opera ad illud regnū vbi huiusmōi deside-
riū saturabit r cōplebit. Nā ad h̄ excitam⁹ p
thema nrm curz dicis. Venite benedicti. r.

¶ Quinta gloria aie in

4 celesti p̄ria erit oīuz rerū abūda-
tia. D auari qui tantū desideratis
abundātiāz auri r argenti. D superbi q̄ de-
sideratis sublimitatē honorū r dignitatus.
D voluptuosos gulosi r carnales q̄ desiderat
saturari bonis vniis. r p̄ciosos cibis dimitti-
te. hec fatua que vere nō satiat. si cito fines
habēt. sicut dictū est ps̄. Attēdite ergo ad
hanc gloriam. q̄ ibi abūdabit oibus bonis
p̄ciosissimis. de hac abūdantia ait ppheta
in ps̄. Ego dixi i abūdantia mea non moue-

bor in eternū. S̄ notādū est q̄ sicut abun-
dantia florū in arborē est cā abūdantē fru-
ctuum. ita abūdantia s̄ritū r grāri est cā
abūdantē gaudiorū. Ideo ait x̄ps. Abat-
y. Nisi abūdauerit iusticia v̄ra pluri⁹ scri-
barū r phariseorū nō intrabitis in regnū ca-
lorū. Ita ecōtra erit abūdantia penarū q̄
sicut hic abūdauerūt in culpa. ita i infernū
abūdabit in pena. ps̄. Retribuet abundan-
ter sc̄s de⁹ facientib⁹ superbijs. In celo igit
erit abundātia omnīū bonorum.
Ex obiecto omnia cōtinent.
Ex subiecto omnia possidentē.
Ex proximorū sociatione.
Ex optimorū cōparatione.

¶ P̄mo igit erit abūdantia omnīū bonorū
ex obiecto. i. ex deo qui oia cōtinet bonorū
Uñ ap̄ls ad Ephe. ij. ait. De⁹ aut qui diu-
est in m̄ta ppter nimīā charitatē suā q̄
dilexit nos cū essemus mortui in peccis n̄r̄is
qui viuificauit christo cū grā sum⁹ salu-
r cōresuscitauit r p̄sedere fecit in celesti
in christo iesu vt ostenderet in sc̄lis super-
nietib⁹ abūdātes diuitias gratie sue. Dim-
ergo de⁹ in se. diues. i. copiosus fuit in m̄-
q̄ p̄p̄tū est et misereri r p̄cere pp̄ nrm
charitatē suā. r nō pp̄ merita n̄ra cū es-
mus mortui pctis r filij ire. i. nati in peccō-
originali cōiuuificauit nos r p̄o. nos libe-
des formatā incorpauit. aut grā sum⁹
uati in spe. s̄. r cōresuscitauit s̄lter in sp̄
cōsedere etiā fecit in spe. vt ostēderet
hoc seculū diuitias grē sue. i. oia bona
stis glie cuius ipse est p̄mīū. Uñ alph-
bius li. de causis propositiōe. r. ait. P̄-
est diues per seipsum r est diues magis
rōnē reddit cōmentū eiusdē p̄p̄nā d
¶ Illa res diues magis que influit r non
influxio sup̄ eam p̄ aliquē modorū
que aut que sūt intelligibiles aut corp-
sunt nō diuites p̄ seipsas. imo indiget
de influente sup̄ eas bonitates r oēs q̄
hec ibi. Has diuitias diue maiestatis
lius videbim⁹ cū ipsas possidebim⁹. r
habebim⁹ qm̄ nūc hec a nobis sūt ab-
ta. sed per fidē r spem certā. si bñ egerit
quasi tā possidem⁹. Sicut mercator cū
em̄t r soluit aliquā rem p̄ciosam. s̄ nō
p̄ncipaliter habeat. reputat se illaz ren-
bere et maxime si sit certus q̄ ab aliquo
possit impediri et p̄ncipalis possessio
re deus adeo est diues r oibus bonis
dans vt si mille mūdōs cogitarem⁹

verem? in dño. talis possessio nihil effe
 raritate ad diuitias diue bonitatis: qm̄
 ti ad infinitū nulla est p̄portio. Non igit
 onam? cor n̄m ad diuitias hui? mundi
 impediūt ab eternis diuitijs: qm̄ scri
 est **Matth. xix.** Facit? est camelū p̄ forā
 in acus trāsire q̄ diuitē intrare regnū ce
 us. Sed hoc mirabiliter videt cū plures
 res sint saluari fm̄ fidē nostrā. z in ve
 testamēto z in nouo. Nōne legim? plu
 res scōs esse vt **Henricū** impatorē z
Louicū regē frācie. z alios mltos. Quid
 hoc igit q̄ a xpo dicit? facilius est ca. zc.
 p̄mū est impossibile. s. camelū trāsire
 forā acus. ergo z secūdū **Chryso.** sup̄
 h̄c. dicit **Ap̄osto** diuitiarū maiorem
 onē flammā z vehemētior sit cupidō.
 q̄ cupiditas est venenū charitatis. ideo
 essio diuitiarū reddit hōiem difficilē z
 p̄fectionē acquirēdā. Unde ille iuuenis
 dicit xps. Si vis p̄fectus esse. i. ascēdere
 ratū salutis necessariū. vade cōtēndō
 p̄p̄ualia. z vede que habe. z da paupe
 s. p̄pter deus. q̄ abicere sp̄alia p̄pter
 rationē nō est meritoriū. sicut a liq̄ p̄bi
 p̄bi fecerūt z habebis t̄p̄auri in celo z
 z sequere me. In sequela enī xpi p̄ ope
 paritatis cōstitit p̄fectio p̄ncipaliter. A
 prate aut̄ volūtaria inchoatue per mo
 re mouētis p̄hibens: q̄ per hoc auferit
 sp̄aliū que impedit animus a dilectiōe
 z disponit anim? ad libere deo vacādū.
 aut̄ audisset v̄ba christi adolescēs abijt
 is: q̄ nimis amabat possessiōes terre
 vel plus q̄ talē p̄fectionē. z ideo nō pot
 t ad p̄fectiones volūtarie paup̄tatis
 dere. Et ideo dicit christus. Amē dico
 is: q̄ difficile diues intrabit in regnum
 e. **Matth. xix.** Nō dicit q̄ sit impossibile
 ficile est diuitias possidere z nō tene
 mis amore earū. q̄ fm̄ q̄ dicit **Augu.**
 epla ad paulinum. Bona terrena dilu
 r artius adepta q̄ cōcupita. Aliud est
 pelle in corpore que desunt. aliud ias in
 ata diuellere. Illa enī velut extranea
 dianf. ista velut mēbra p̄scandūf. Red
 ergo hōiem difficile ad p̄fectionē a ch
 lā: nō tñ faciūt impossibile: q̄ ab abas
 perfectus vt habet **Ben.** xvij. Ideo d̄
 xij. Bria diues q̄ inuēt? est sine ma
 z q̄ post aurū abijt nec sperauit in pecu
 belauris. Quis est hic z laudabim? eū
 si diceret. Quis z cū difficultate iuenit

Et quo patz q̄ nō loq̄ de quocūq̄ diuitē:
 si de diuitē constituēte finē in diuitijs p̄pter
 qd̄ ap̄s **Collocē. in.** Vocat tales diuitem
 auarū z auariciā dicit esse seruitutē idoloꝝ
 id est s̄lis ē ydolatre p̄ quāto auarus colit
 pecuniā suaz studiose. Talis fuit ille diues
 de quo dicit **Zu. xvi.** Mortu? est diues z les
 pulus est in inferno. z factū est vt moreret
 medicus z potaret ab angelis in sinū abra
 he: qui nūc est in celis possidēs deū distilla
 mūyt dicit statim. Ex deo igit omnia bona
 eminēter cōtinēte z in bonitate sine cōpa
 tione quecūq̄ creata excedēte beati erūt di
 uites: z in oib? diuitijs abūdabūt. Venite
 igit benedicti. zc. Secūdo dicit q̄ in gl̄ia
 paradisi erit oīuz rerum abūdātia ex subie
 cto possidēte. Possēt enīq̄s dicere. Et licz
 deus sit diues: dubitat tñ an ille diuitie q̄b?
 est diues sint in prāte cuiuslibet b̄ti. dico tñ
 bi q̄ sic. Possidebis enim deū ad volūtātē
 tua: q̄ ipse erit premiū z salariū laboris no
 stri. Sicut enī qd̄ labore iuste acquiri dicit
 tur esse acquirētis: sic de? erit noster. Si enī
 dicam? nunc q̄ de? sit noster q̄ tomagisidi
 cem? tūc. Dicam? enī nūc. illud p̄s. Dne dñs
 noster q̄ admirabile zc. Et forte possēt dici
 q̄ nūc noster est de? p̄ creationē. p̄ guberna
 tionē: z redēptionē. Dico tñ q̄ tūc erit n̄r p̄
 possessionē: q̄ nūq̄ a nob̄ potit tolli q̄n illū
 videam? illū diligam? in illo dilectem. Istud
 p̄mū z ista possessio vocat. **Zu. xiiij.** Lena
 magna. vñ ibidē d̄r. Homo quidaz fecit ces
 nanz magnā z vocauit multos. Sz hec pos
 terum melius applicari ad ea que dicuntur
 de gl̄ia corporis. Sed quare hoies p̄sens
 ris tēp̄oris ad hanc possessionē siue ad hāc
 abundantātia nō attendūt. Erre hoc cōtin
 git ex tribus. p̄mū igitur ē ignorātia eter
 ne retributionis. secūdū est nō amor d̄tuos
 se operatiōis. tertiu est defectus diuine d̄s
 lectiōis. Ex illis oīz ideo orio: p̄seuerātia
 tarditas: octoitas: dilatio circa bonū opus
 faciēdū: remissio circa inceptū. Ad quā pos
 sessionem vocamur. dicit ap̄s **Zelssa. ij.**
 Testificati sumus vobis vt ambulēz di: gne
 deo q̄ vocauit vos i suū regnū z gl̄iā. Id de
 nolētibus atredere ad hanc uocationē cōq̄
 rif dñs ipse **Prouer. i.** dicit. Vocauit z res
 nūif: exēdi manū meā z nō fuit q̄ aspice
 ret. despectū oē illū meū z increpatōes meas
 neglexit. **Absti** s̄ q̄s de? vocat dicit. Uēte
 z man? ad iurices extendit dādo eis p̄siliū
 quō a p̄cti? resurgēt quō p̄sā tēnā merebūt

r ylam eis edocta noluit aspiceret: q noluer
 runt accipere disciplinaz indurauerunt facies
 suas supra petras et noluerunt reuerti. Jere.
 v. figurati sunt tales per reginā vasti. de q
 dicit Beller. ij. Rex affuer' vocant reginā
 vasti p nūcios. si ad regis imperiū veni
 re contēpserit ppter qd irreuocabili snia pri
 uata est regno. Rex affuer' interpretat beati
 tudo r significat deum qui est beatitudo nra.
 Regina vasti que debebat esse regi subiecta
 r obediēs significat quēlibet nr̄m q d̄ esse
 subiect' deo et obseruādo mādata. s̄ q no
 luit obedire priuata est regno: ita qui no
 luerint obedire deo p̄nabunt illo celesti re
 gno in quo est oīus rerū abūdātia. Artēda
 mus igit' vt possim' obtinere illā sup̄maz
 abūdātiā. de qua d̄ in themate. Venite.
 rē. Dixi tertio q in gl̄ia erit oīus rerū abū
 dātia ex primoz associatiōe. Ibi enī gl̄i
 bet primus oīa sua cōcabit alteri suo pri
 mo. Tūc enī verificabit illud Act. ij. Quod
 dictū est de ap̄st̄s. habebūt oīa cōia. Si er
 go faciēte charitate ap̄st̄i habuerūt oīa cōia
 quare nō magis redēdū est de b̄tis q chari
 tate perfecti erunt inter se veri amici q oīa
 habebūt cōia. Hoc etiā fuit in statu innocē
 tie q oīa erāt cōia. vñ J̄s. dicit. Scdm̄ le
 gem nature: qd est oīus possessio r omniuz
 vna libertas. Ita inqt' Alexāder de h̄alis q
 vnusq̄sq; vsus fuisse illis fm̄ b̄n̄placitū vo
 lūtatis ordinate. Sic absq; dubio credēdū
 est q in illa beatitudine erit tanta dilectio et
 tāta charitas. vt oēs cōicent alijs sua bona
 Tūc erit ibi inquit Anselm' li. de similitudinib
 bus amicitia q in inimicitia cōuerti nō pōt.
 Null' tūc h̄ic habet amicitiaz q cōuerti non
 possit in inimicitia. ideo h̄ic nullus amicitia
 tenuat: s̄ ibi quātū seipsuz quisq; tātū et tā
 diu diliget r alterū. S̄ nec video quin alie
 ter esse possit p̄sertim cū oēs vñū corp' ep̄i
 sint. r xps qui est ipsa pars est caput omniū
 neq; minorū se affectu cōplectat' q̄ mēbra
 vñū corp'is sibimicem copulat'. Abūdans
 ergo erit in dilectiōe quādo hec fuerint tibi
 in possessiōe. Ex hac maxima amicitia erit
 omniū bonozū cōicatio. Et sequit' in eodē
 li. Societas illa iustozū nil poterit velle di
 uersum. si eandē volūtates semp habebunt
 Corp' vñū erim': ecclesia vna erim'. Sp̄s
 sa cōiuncti erim' quicūq; ibi erimus. Ipa dei
 volūtās nō erit in tua diuersa. s̄ sicut tu vis
 qd ille ita in cūctis ille: qd tu. Sed forsitā
 diceres. Eya si deus r oēs illi beatorū cer'

nollēt qd ego: tūc r augmētū mei boni
 lent meū qd ego: ibi non velle non poter
 ero itaq; p velle meo de maioribus in ca
 hinc tue imbecillitatis r̄deo. qz si etiaz b
 petro par in gl̄ia esse volueris eris. In g
 ria dico. qz vt pet' si in persona velle no
 teris. nam si hoc velles teipsuz ēē n̄bil
 les qd velle nequibus. Sed neq; illi in g
 equari si meritis ei' in par fueris velle
 teris. qz p̄herrimā illi' corp'is cōpositi
 nē quā in hoc cōspiceres violari plus oī
 modo amabis. Neq; enī in humano cor
 vel pes loco aut officio man' fūgi exop
 aut os suuz natus vbi oculi sūt: aut oculi
 os vel natus relictis sedib' suis cupiūt r
 ferri. Eodē modo in illa admirabili r gl
 ficata dispositiōe r eque disposita glori
 tiue b̄e ciuitatis dei. ita q̄sq; qd adep
 fuerit amabit vt statum suū poritū gra
 mutari non velit. Quare? Quia cuiq; sa
 erit sua felicitas. r beatitudo sibi pro mer
 suis misicorditer imp̄tita. Ampli' si bi
 iam tūc in ip̄s' corp'is vnitati locati h̄ic
 maiora q̄ sint adepti desiderēt corp'is n
 ri essent. qd nō dū haberēt qd vellent. Ad
 itaq; oibus oīs sufficiētia quā p̄ficiēt in
 gulis vnanimīz plena cōcordia. Ad al
 in discordia tāta p̄sistent vt eozū corp'ia
 ata semper dissidēt. naz r corp' aiām
 habebit r qd male vñū cogitauerit et
 corpus q male cogitata ope cōpleuerit
 quib' oibus torquebūt in penis. hec ille
 quēcūq; noluerit de' quilibet etiā nolet
 tus. r gaudebit de quibuscūq; gaudebit
 licz nō ita intellue. Et ita de quibuscūq;
 debet vñ' beatus gaude' r̄t alius. r ita
 gaudium indicibile gau' sum in est im
 cuiuslibet b̄ti r abūdantia maxima bo
 spūaliū r incōpabiliter maioruz q̄
 bona corp'alia que fuerūt sunt r erunt.
 q̄ omniū que possent imaginari. Si
 nūc gaudem' cum gaudentibus fm̄ b̄
 ap̄st̄oli. Ro. xij. Quātomagis ibi gau
 erit cū gaudentibus. Quale gaudium
 quāta erit ibi abūdantia leticie r epul
 nis cogitet qui pōt. Ad h̄c sup̄addit
 leticia vocatur cōtinue p̄ interna in
 tionē r eternā p̄dicatione r alia mult
 nite benedicti. rē. Dixi quarto q in
 erit omniū rerū abūdantia ex optimi
 paratione. diuities enim hui' mundi.
 possidēt plura. nō tamē sūt oīa posse
 telligūt: nec per cōsequens simul acci

Septa gloria anime

sed succellit et sic eorum delectatio nunc
est in hoc nunc de illo scilicet de vroz: nunc de pu
nuc de argento et auro: nunc de tali pos
ione vsq. salu. Non sic erit in beatis imo su
sua. sicut et creaturas intelliget et dis
et de vobis gauderunt. Intelliget eni
summum bonum ab eis possessum virgine
gloriosam dei matrem angelos et omnes
beatos et de omnibus istis tanta abun
dantia gaudium habebunt quod nullus mortalium
mere possit et erit simile sicut nunc est de
s angelis qui nos custodientes nosq. p
intendentes non minus semper contemplan
tia maiestates dicere christo Marth.
Angeli eorum semper vident faciem patris
in celis est. vbi. filii de lyra. Quia quia
p mittatur ad versus temporalium admini
stratione in semper deo inherere per apertam
est. Et Adait. xxi. dicit quod resurrexi
omnes filii sancti angeli dei viuentes. ait
deus filii de lyra visione et fruitione dei
modum habendi tot et tanta bona cum de
tione simultanea erit alius ab omnibus
habedi in hoc tempore. Quia enim anima non
simul esse intendit a diuersis operatio
bus diuersarum potentiarum inter se: hoc est
imbecillitate virtutum suarum. Unde simul
esse intendit esse multum circa regimen cor
poris et circa operationes spirituales. Sed tunc
beata per habitum glorie vigorosa pote
rit interire esse et circa corpus sicut neces
saria et circa contemplationem: unde non
interit ab vno per aliud. Et exemplum
hinc de anima christi que simul habuit
se et actus primarios ad statum viatoris
statum comprehensum. et hoc fuit propter
nomen eius in natura sua: et in actibus po
tentiis. Dabit enim perfectam valitudinem et
se potenter. et similitudinem dicitur de oia be
nifici igitur beatus poterit multa valde que fa
la beatitudinem continentem et accidentia
illigere simul. De igitur abundantia re
surrectionis nos de allicere ad bene agen
ti hac vita ut mereamur habere quod
in est et factum. dicit ergo in themate.
et benedicti.

Extra gloria anime

erit honor magnus et insuperabilis.
Nam sancti erunt beati per deuotionem.
nido filii per adoptionem.
o reges per exaltationem.
o diu per participationem.

Sed forte alicui videtur quod inconueniens
tot et tanta de gloria celesti predicare cum genera
tot rediū possunt hominibus. Rñ deo quod verū est quod
in deuotis et querentibus leticia et dilectionis
pñis seculi hec oia rediū afferret: sed certe
deuotis et ad hanc gloriam redētib⁹ minime
h erūt onerosa. In deuotis igitur pñt esse tes
diola. qñ nō intelligūt: imo nec intelligē vo
lūt qd i ipsa vita beata sint habituri. Quid
igitur inquit Anselm⁹ in li. de stirudinib⁹ agen
dū est vt hec illis aliquid sapiāt et aliquid
sapiētib⁹ magis sapiāt: et sic ad opa bona eui
gileat. pueroꝝ more cibados estimo qd si
aliquid aliquod grossum pomū edēdū picipi
unt illud ob deitū tēneritudines: et ois au
gustia assumē nequeūt si p illoꝝ capacitas
et pus nō fuerit particulari diuisus. Ita di
uidam⁹ in pres illa magna gaudia illa ma
xima bona qd beati sunt possessuri. Et vt me
li⁹ eluceat et amplius desideret plidereur⁹ q
in hac vita mens bñ regulata auidi⁹ appe
tit et ex hys pietem illa beatos habituros
in eterna vita. h ille. Nōne quattuor pmissa
a bonis hominibus appetunt in hac vita. s. vt sint
sancti. vt sint filii dei. vt bñ regat seipos: vt
de eos inhabitet per grām et sic diu sint per par
ticipationes. Triq. virt. boni et deuoti h oia
appetit q excellēt in illa vita gloria eis co
cedent et dabunt. Erūt nēp scilicet per deuotio
nē: vbi sciēdū quod deuotio vt ait Pe. de verbo
no est illa virt⁹ qd se totus deo deuouet et
dedicat: q etiā tot⁹ vacat virtutibus et vicia a
se euellit et eradicit q insup tot⁹ ferē in cele
stibus et terrena vilipēdit. videt qd per vir de
uor⁹ est idē quod vir pfect⁹ virtutibus et gratias
tot⁹ plen⁹. Et Dugo dicit quod feruor bone vo
luntatē que mens cohibē nō valēs cert⁹ iudic
ijs manifestat. Certe in illa vita beata erit
maxime feruor beate voluntatē qñ non pote
rit deū nō diligere: imo pfirmata erit in dei
amore: sic quod semper diligit ipm: et oia ppter
ipm. Deuotio nāq. ē q datur muneris seip⁹
largif qua factor siderū hac vita sentitur q
quicquid est asperū dulciter lenit. In deuo
tione siquidē seipm de largitur. Cor enim
humanū nunq. per deuotionē maderet nisi
si ros diuine grē desup descēderet. De enim
est sicut vinea balsami qd preciosissima des
uotionis gutta in fatis diuersoꝝ cordum
diuersimode se fundit. O quod ample: o quod ab
unde se funder illud balsamū preciosissimum
in aīab⁹ sanctorū. Cogitare nullus mortalium
pōt. Secūdo deuotio est illa virtus qua de

in suo fonte solet sentiri et qua in terris pot
 percipi. Nulla enim alia virtus ita gustat deū
 sicut deuotio qua deuotione mens fertur in
 deum: sed hic imperfecte, in p̄tia nō perfecte.
 Tertio deuotio est illa virtus qua omne ad
 uersum et asperū dulciter lenit, nā cōstat qd
 deuotio oēm tristitiam fugat: et quicquid ē
 in rebus onerosum et asperū dulce facit. S; in
 illa requie talis erit deuotio ad deū qd nū
 bil triste nībil molestū ibi poterit esse. Erūt
 igitur sancti sine terra sine affectione mala
 per deuotionem, vnde sanctitas adeo ē vni
 uersalis bonitas qd ea habita necesse ē ho
 minem in cūctis particularibus virtutibus
 esse ornati. Si enī vna virtus deficeret: san
 ctus nō eēt. Et hoc erit in illis beatis: ideo
 merito dicētur sancti vt possunt tunc dicere
 illud Eccl̄i. xxiij. In ciuitate sanctificata
 similis regēti. Ad hanc igitur sanctitatem
 intramur dñi dicitur in themate. Venite be
 nedicti rē. Secūdo dixi qd beati erūt filij p
 adoptionē, filij naturalis et legitimū succe
 dit hereditati paterne. Sic filij dei succedēt
 hereditate patris sui, s. schūst̄i Gala. iij. Si
 filius et heres p̄ deum ipm adoptantē, filio
 enim adoptiuo debetur aliqua pars heredi
 tatis sūi leges ait Nī. de lyra. Ipse enī dñs
 deus tenet naturā vituli marini qui natat i
 mari et graditur in terra filiosq; suos in ter
 ra generat atq; parit: sed ipsos finaliter ad
 mare reducit. Sic de per grām in hoc mun
 do fideles suos generat et pducit: s; tandem
 post hunc mundū ipsos ad mare. i. ad abun
 dantiaz paradīs ducit et regni celestis suc
 cessores tanq; legitimos filios eos facit
 Job. viij. Qui facit pctm̄ seruus est peccati
 seruus autē nō manet in domo in eternum.
 filius autem manet in domo in eternum.
 Dec enim filiatio hic incipitur. Si p̄ri nō
 deo obediuerim tunc quidē filij erimus s;
 et in eternū. Si enī gloriosum est hōi esse fi
 lium regis p̄to magis gloriosum erit nos
 esse filios dei regis regū et euz ipso manere
 in illa aula summe glorie in delicijs paradi
 si. vñ pater noster celestis cuiuslibet beato di
 cet illud Luc. xij. Fili tu semp̄ mecum es et
 omnia mea tua sunt. Attendam; igitur ad
 hanc filiationē. Sicut dicit. i. Jo. iij. Videte
 q̄lem charitatem dedit nobis de; p̄t vt filij
 dei nominemur et sim;. Videte ḡ. i. diligēt
 atredite q̄lem charitatē oñdit nobis de; vt
 vocaret nos filios, ideo dicit vt filij dei no
 minemur et sim;. Et notant dicit sim;. Adul
 ti enī nominant filij dei quorum aliqui nō

sunt filij: s; putantur. Sed vere si notā
 filij dei etiā possumus esse si in nobis nō
 terit Job. i. Dedit eis p̄tatem filios dei
 ri. Et seq̄tur eodē. c. Charissimi nūc sum
 filij dei supple si volum; et nōdum appa
 quid erim;. Scim; qm̄ cum apparuerim
 miles erimus qm̄ videbim; eoz sic
 et ois qui habet hanc spem in eo sancti
 se: sicut et ille sanctus est. i. imitat sancti
 put possibile est. hunc in quez est sp̄s
 quorūtidie vocam; patres cum dicim;.
 ter noster qui es in celis. Dic pater vni
 omnīū generalit̄ rōne creatiōis, addit
 ait Nī. de lyra noster. qd est pater sp̄cia
 lioz per gratiam adoptionis. Dicit in
 qui es in celis, quia licet sit in oib; p̄re
 tiam: p̄ntiam; et potentiaz. est tñ special
 do in iustis per gr̄as. specialissime do
 lentia eius relucet in sc̄ris per gloriā
 xander de haliis dicit: qd p̄t in illa or
 accipit cōntaliter. et dicit: p̄t noster
 op̄tiones que gr̄a adoptionis et si nō
 munis oibus actus: est tamē cōis omni
 rentia. Qui enī dat talenta sua vnicuiq;
 p̄p̄tiam virtutē parat; est dare grām
 p̄tioneis vnicuiq; faciet qd in se est. vt
 cut speciei vniēt rō vñtatis vniōe qd
 te in diuiduo nō vniuersalitate que est
 sed que est potētia: ita gr̄a adoptiōis
 cōis oibus nō cōitate que est actus: se
 est potētia. Nō tamē peccat ille qui est
 cato mortali dicēdo ofonem domin
 duabus de causis. Prima est qd hec
 cōis est et dicenda est in p̄sona eccles
 se multos filios adoptionis habet.
 da est qd sicut p̄titiones seprē sequē
 p̄tatiue vel optatiue ofonēs sunt et
 dicatiue. Sic captatio beniuolentiē
 intelligit optatiue ḡ dicatiue ab ip
 est in peccato mortali. Ille ḡ qui est i
 mortali nō p̄t dici p̄t indicatiue. i.
 do se esse filium actualit̄: potest tamen
 p̄t optatiue. Dec Alexander. In gl̄ia
 libet dicere poterit pater indicatiue
 re erit filij p̄ gratiam et gloriā in et
 ad hanc filiationē inuitamur special
 cif in themate. Venite b̄ndicti rē.
 dixi qd beati erūt reges p̄ etaliorū
 lo enī regno celoz quilibet erit rex.
 cif a regedo vt inquit Digenes. S
 mus i te regat: et corp; obrep̄ar: si
 nō sobiecta; p̄mas merito reuocata
 rex diceris in hys inferioib;: s; ibi
 dicit: qd nō a regedo cū ibi nihil

Septima gloria anime

regi: qz ille stat⁹ erit talis qz nō poteris deseri
ere vel obliqri. Dicit qz rex a regnando: qz
uilibet ibi existēs ita erit potens vt faciat
quicquid uoluerit ita erit diues vt habeat
quid petierit. ita erit sapiēs vt sapiat qd
nō cupierit. ita erit forz vt nullus eū vim
re possit. **D** qz glorioso regnū in qz sans
ppteruo regnabit: qz in eternum t vltra.
hoc regnū petim⁹ cū dicim⁹. Adueniat re
gnū tuum **Edarb. vi.** Unde dicit **Alerāder**
halis: hac petitione pōt peti vt veniat re
gnū militantis ecclesie ad regnū triūphā
vt fiat triūphās. vel adueniat. i. manifestetur.
i. regnū dei hoibus quib⁹ vt lux cecis
videt qz nullus ignorare poterit cū fili⁹
dicare venerit in quo regnabit t sancti.
sicut dicit **Matth. xxv.** Percipite regnū
qd vobis paratū est ab origine mundi.
ec. ille. **D** qta bonitas: qta clementia:
qta misericordia: qta benignitas nob⁹ dis
tulle et pparasse tātū regnū. Si enī nob⁹
poneret qd dare regnū francie vel aliud
significū regnis repozale: t maxime in qz
et summa par: ois gloria: ois ptās: t il
lū eēt ppteruo qtu dēderem⁹ tale regnū.
ed de illud nihil eēt si tale posset esse ad
parationes regni celestis. Primū igitur
irissimū querit regnū dei. qz nullū tale i
nitur in hys terrenis rebus. qz regnum
indanū est transitōiū **Danie. ij.** De⁹ mu
tēpta t etates trāssert regna atqz dēi
t. Et inde est qz istud est vitupabile p
r hā mobilitatē **Eccli. xx.** Regnus a gēs
in genē trāssert ppter iniusticias t in
tas t pumelias ac diuersos dolos p
r suam diuersitatem: vnde in regnis hu
mūdi non est pax. In ps. **Cōrurbate**
gentes t inclinata sunt regna. Et **Zu.**
ij. **Surgēt gens in gēte: t regnū adūs**
num. Regnū dō celeste hz opposita hys
ppheta ait. Regnū tuum regnum ois
uoz. qz habet interminabilem eternitā
t. **Da. viij.** **Potestas ei⁹ prās eterna que**
auferetur: t regnū eius qd nō corrup
tesit. Inestimabilem amentatē etiā hz **Sap.**
ccipient regnū deoris t dyoma spēi de
o nūi. Dabet tertio inde flectibile feratē
Zuc. vi. **Beati qui nūc esturitis quia**
ira. tē. Et. **iiii.** **dicis.** **Btūs qui māduca**
panem in regno dei. Hoc est igitur regnū
dō vocam⁹ p nrm thema cum dī. **Venite**
lecti tē. **Dicit qto qz erim⁹ dī p partici**
patōe. **ps. lxxxij.** **Ego dixi dū estis.** In il

lo enī regno tanta erit amicitia, tanta vni
tas t diuicio beatorū ad ipm dēū qz nō solū
filiū dei amici dēi: s; etiā ppter participati
ōne t infinitatē dei ad ipsos beatos vocabun
tur dī. Videmus enī qz dum aliqz ab alio
multū intēse amat dicit ille qz amat. qz di
lectio trāssomat amantē i amatū. **Ibi aūc**
deus sanctos suos amabit intēse: sic qdē vt
seipm det in pmiū cuiusqz beatorū nō im
merito vocabūtur dī p participatiōne. vñ
petr⁹ de bethono ait. qz p dōs intelligunt vi
ri iusti qz a cōib⁹ pdiciōib⁹ sūt sepatti ab hu
manis vicis alieni t maxime dicitur dī qz
sunt in celis celestia pēplādo qz sunt imoz
tales sp in statu grē pseuerādo. sunt inuisi
biles a visib⁹ humanis se occultādo. sūt oī
sciētes diuinā sapiētia amplexādo. sunt oī
potētes mirabilia opa faciēdo: vñ de hys
pōt exponi illud. i. **Regi. xvij.** **Deos vidi abs**
cendētes de terra. qz ppter vitā iustā t san
ctā quā tenuerūt i terra: dī erūt i celis par
ticipādo ppetates qsdā quodāmo ipi⁹ dei
tas. **D** qtu debem⁹ optare ad hāc dignitatē
puenire vt dī p participatiōne sim⁹. Ad hāc
igit participatiōne vocam⁹ cū dī. **Vent. vñ dī.**

Septima gloria anime

erit aiari deorū mirabilis. Si enī
decat reginā esse ornata multip
citer dū pūgiff regi qto magis decet quā
libet creaturā btām t diuictam pfecta diu
ctione sponso suo deo eē multiplicif ornata
sicut als fuit tactū aliquatiter. **Z**alis autē
ornat⁹ t deorū aiariū sanctariū erit in quoz.
Primo in lumine glie intellectū eleuāre.
Secūdo in munere grē affectū pficiēte.
Tertio i virtutū deore diuinit⁹ collatarū.
Quarto i ipsariū tenore p act⁹ acqstiarū.

Dixi pmo qz ornatus t deorū animas
rum erit in lumine glorie tē. t hoc est quod
dicit ppha **Dauid. ps. xxxv.** **In lumine tuo**
videbim⁹ lumen. i. inqz de lyra. **In lumine**
creato glie videbim⁹ lumen tue eēntie. qz vi
deri non pot⁹ st ab intellectu creato nisi ad
hoc eleuetur per lumen glorie fortificās lu
mē naturale intellectus creati: sicut nec ocu
lus noctue posset videre lumen solis nisi
aliquo sibi ad dito fortificaretur propter qd
dicitur. **ij.** **metaphisice:** qz sicut se habet ocu
lus noctue ad lumen solis ita intellectus
dō vocam⁹ p nrm thema cum dī. **Venite**
lecti tē. **Dicit qto qz erim⁹ dī p partici**
patōe. **ps. lxxxij.** **Ego dixi dū estis.** In il

Ad qđ pposita plura dicit pulchra scđus
 Tho. r. parte. q. rii. artic. iiii. r. v. Cōsidera
 igit qđ si esses in aliquo loco obscuro r mul
 tū optares videre aliqđ ibidē existēs qđ
 gauderes si tibi ministrares lumē magnū
 r grāde ppter qđ videre possēs apte r ma
 nifeste r visibile desideratū videri. Aliqđ mul
 tū gauderes. Sic certe inter oia que sūme
 desiderare debem⁹ ad videndū est tē noster
 qz in tali visōe est felicitas eterna. Jo. xvij.
 Dicēte xp̄sto. Dec est aūrvita eterna vt co
 gnoscāte solū deū verū r que misisti iesus
 christū. vt igit deus in se videat requirit lu
 men aduās intellectū ad vidēdū: sicut lu
 mē a sole emissus adiuvat oculū ad vidēdū
 nō tñ solem ad mouēdū. Sicut ergo nō vi
 detur sol materialis ab oculo corporali sine
 emissōe luminis vel radij in oculū. sic nec
 ab oculo spirituali sol iusticie sine lumie ab
 ipso intellectu emissio. Hoc autē lumē exigit
 intellect⁹ rētilitas: qz nō pōt lumē illud in
 creatū videre in sua claritate nisi assimilē
 ei pfecta assimilatiōe. Omne autē simile sibi
 mīlissimē est sibi s̄m Angu. libro. lxxiiij. q.
 xij. Quid autē spūalis cur sit in p̄ria increa
 to lumini s̄liss nō est s̄liss r essentias. s̄ per
 p̄ticipatiōe: ergo oportet qđ habeat aliqđ
 lumē sibi inherēs r increato lumini assimi
 lans. Sicut enī qđ est s̄liss summe bonitatis
 per p̄ticipatiōe habet bonitatē sibi inherē
 tem r summe bonitati assimilārē. Sic in pro
 posito in ei⁹ visōne oportet ponere aliqđ lu
 men creatū in oculo spūali inherēs ei r assi
 milans illi lumini. Et huic videē cōcordare.
 Augu. ad italicū di. Inrātū videbim⁹ in
 qđ ū s̄lēs ei erim⁹. Dico ḡ sine p̄iudicio qđ lu
 men increatū videbit in sua claritate. in pa
 tria per lumē creatū medium assimilans ei
 formaliter spūale oculū. Dicere etiā opposi
 tū est error dānat⁹ in clementinis. extra de
 here. Ad n̄m. Ubi dī qnto qđ q̄libet intelle
 ctualis natura seipsa naturaliter est beata
 qđ q̄s aia nō indiget lumie glorie ipsaz ele
 uatē ad deū videndū et eodem beate fruē
 dum. Et sequit in fine capi. Nos sacro con
 silio approbāte sectā cū p̄missis errorib⁹ dā
 nam⁹ r reprobam⁹ rē. Hoc igit lumie crea
 to eleuabit r decorabit aia nostra in celesti
 gloria. Unde sicut lumie solis dies pulchra
 dicit. sic aia n̄ra tali lūie ornat⁹ r pulchri
 ficabit. Ad h̄mōi ergo ornatū vocamur. dū
 dī p̄ thema n̄m. Venite bñ. rē. Dixi scđus
 do qđ aiarū n̄rarū decz erit in m̄sere ḡfe.

rē. Naz in gl̄ia erit grā cōsumata et p̄fec
 ppter qđ ap̄s. i. Louinḡ. xii. Prefert cha
 tarē sine gloriāz alijs h̄turib⁹ di. Charit
 nūq̄ excidit. Ad declarans. N. de lira. a
 Ipsa ostendit hic excellētā charitatis
 spectu alioz donoz q̄ntū ad p̄manētia
 qz sicut est in via: sic p̄manebit in patria
 augmēto. Ch̄ air ibidē ap̄s. Siue p̄p̄e
 euacuabūf. p̄p̄etia enī est respectu futu
 r̄atus aut̄ patrie futurū nō expectabit
 ibi erit finale cōplēmetū oīuz. Itē p̄p̄e
 est cognitio enigmatica q̄ cessat in patri
 vbi e clara cognitio. Siue lingue cessat
 qđ nō est intelligēdiū de corp̄alib⁹ lingu
 qz sancti resurgēt in integritate corpo
 Silit̄er hec cessatio nō est intelligēdiā
 ad vsum linguarū: qz ibi erit laus voca
 s̄m qđ dicit glo. sup ps. Exultatiōes de
 gurgure eoz: s̄ intelligendū est de dono
 guarū quo aliqđ in primitiua eccl̄ia ling
 varū loquebāf. Act. ij. Propter illos
 intelligebāt linguā natīā ap̄toz. que
 cessabit. qz q̄libet sp̄ritūz linguam in
 get. ppter qđ nō erit necessariū loqui v
 linguis. In p̄mo enī statu generis hu
 erat vn⁹ pplus r vn⁹ labiū oīuz. Sēñ.
 multo magis videf sic fore in vltimo
 cōsumatiōis oīuz. sequit. Sciētia test
 ūs sciētia hic acquiritur: nō tñ quo ad
 intelligibiles: s̄ quo ad habitū moder
 est per cōuersionē ad fantasmata. Za
 cōuersione nō indiget aia brā. Sequit
 p̄te enī cōsc̄im⁹ rē. Ubi ap̄s facit ta
 tionē. Adueniēte p̄fectiōe tollit imp
 ei opposita. status autē glorie p̄fectissim⁹
 ergo ipso adueniēte tollunt dona hab
 imp̄fectionē vel simpliciter: v̄l quāntū
 qđ est imp̄fectiōis. oia sunt huūsmō
 charitate que est idē cū gratia gratū
 te: vel habet eā inf̄p̄abiliter annexaz
 in gloria tollunt omnia alia simplicit̄
 s̄m quid. Ideo ait ap̄s. Ex parte
 gnoscim⁹. i. imp̄fecta est sciētia hu
 habet in via. et maxime illa que est d
 ad que se habet intellect⁹ noster sicut
 noctue ad lucē solis. ij. ad etha. Et ex
 p̄p̄etam⁹. i. imp̄fecta est cognitio p
 ca eo qđ est enigmatica r per ita dū
 intelligit̄ alia imp̄fecta excludēda
 autē venerit quod p̄fectū est. id est
 glorie qui est p̄fectissim⁹ euacuabit
 est ex parte. id est imp̄fectū. qđ vel
 simile de statu puerilī imp̄fecto qui

erit animarum decore mirabilis

ueniente statu virili pfecto di. Cū essem
 paruulus loquebar vt paruulus. s. balbucie
 et imperfecte sapiebam vt paruulus ap-
 obando aliq̄ que magis erant reprobant-
 ur similis reprobando q̄ magis erant ap-
 obada. Cogitabam vt paruulus. s. vana
 nutilia. Et aut factus sum vir euacuatus q̄
 vt paruulus. s. predicta et similia pfectio
 virili nō puenientia. Et sequitur. Uide-
 ris nūc per speculum. hic ostendit q̄ alia
 ta a charitate sunt imperfecta. qz nūc vi-
 mus per speculum et in enigmate. qz hec sicut
 lo creaturarum ad domini obscura et val-
 imperfecta. tūc autē. i. in patria. facie ad fa-
 ciem. dare. Nunc cognosco deū ex parte. i.
 curē et impfecte. tūc autē cognoscat sicut
 cognitus sum a deo. Sicut enī cognoscit
 nram ita tūc cognoscent suam.
 ad tamē sicut nō imponat equalitatem
 ntionis sed similitudinē tm̄i logiq̄nā.
 aut arguatur ex dicto q̄ charitas euacu-
 ur. qz nūc est imperfecta. Dicendum q̄ nō
 est qz qñ imperfectio pūct alicui p se euac-
 ur adueniente pfectione. si autē insit per
 dens manet sicut imperfectio est de rōne
 rite. nō autē est imperfectio de rōne huma-
 na q̄ iō adueniente statu virili. cessat pue-
 ritia nō aut humanitas cui per accidēs cō-
 imperfectio inq̄ritus est in puero. Imperio
 vō p se respicit sciam nostrā et p̄p̄he-
 ticū dicitur est p̄pter quod euacuans. Cha-
 ritas vō cōpetit imperfectio per accidēs p̄-
 ter imperfectionē. s. cognitionis adiucre.
 vritati enī per se cōpetit in deū tendere.
 p nūc imperfecte tendit est p accidēs. s.
 et cognitionis imperfectionem p̄pter qd̄
 et adueniente cognitione pfecta. iō con-
 sit ap̄s di. Nūc autē. i. tēpore vie manēt
 s. spes. charitas. etia hec. et p ista duo fi-
 et spem intelligitur alia dona de quib-
 que non facit expresse mentionem que
 euacuāda in p̄ria. Maior aut horū est
 itas. fides enī et spes sunt excellentior
 teris donis euacuādis. qz sunt virtus
 theologice q̄ dantur nobis ad iūgēdū
 deo. alia vō dona sunt q̄das dispositio-
 nob date vt reddam bñ mobiles a spi-
 ritu et sic ordinātur ad frutes theolo-
 gicos vt ad fines. Et qz charitas ē maior si-
 spe sequitur q̄ etiā sit maior ceteris do-
 de lyra. Ista ē vestis nuptialis sine q̄
 nis recipies ad vitā eternā. et quicunq̄
 buerit i sine saluabit de q̄ dicit. Adat.

xij. Amice quō huc itasti nō hñs ve. nup.
 vbi ait de lyra. Vocat autē amic⁹ p̄tōr p̄p̄
 naturā que ad imaginē dei facta est et p̄p̄
 fidē informē que dei donum est licet nō suffi-
 ciat ad salutē. Dec ille. Ista est igit vestis
 aurata de qua omnes vestitūtur in gl̄ia pa-
 radisi. vñ christ⁹ vidēs oēs saluādos indu-
 tos hoc vestimēto dicit illis. Tenite bñdī
 citi tē. Dixi tertio q̄ ornatur beator⁹ erit in
 virtutū decore diuinē collatarum. Posset
 enī quis querere an sola charitas que ē vir-
 tus infusa erit ornamentū sanctarū anima-
 rū. An dē q̄ nō illa sola. sed etiā multe alie
 erūt ornamentum. Si enī in baptismo multis
 te alie virtutes a charitate infundūtur ad
 decore ipsius anime: nō est dubitandum q̄n
 etiam in p̄ria anime beate omnes et vestitū-
 tur multis speciebus virtutū: vñ anime beate
 te poterūt dicere illud 3sa. lxi. Saudēs gau-
 debo in dño et exultauit aīa mea i deo meo.
 quia induit me vestimēto saluē: et indume-
 to iusticie circūdedit me quasi sponsum des-
 coratū corona: et quasi sponam ornatas mos-
 nilibus suis. Cū dicit p̄p̄heta. Induit me ve-
 stimēto salutis. intelligit charitas: qz illa ē
 que diuidit inter filios regni et p̄ditionis.
 sicut dicit Aug. et indumēto iusticie per qd̄
 intelligitur anime virtutes infuse. Rema-
 nebūt etiā acq̄site sicut q̄to dicit nō solum
 vt ornamentū s̄ et fm actus suos p̄ncipales
 nō secundarios. Prudente enim actus vel
 vsus p̄ncipalis nullū deo p̄ponere. secūda-
 rius est insidias p̄cauere q̄ insidie in patria
 nō erūt: et ideo ibi prudentia non erit quo ad
 hoc: sed quo ad p̄mū actus tm̄i qui dicitur est.
 Temperantē insup vsus p̄ncipalis est nul-
 lo motu notio delectari et h̄ erit in p̄ria. Ses-
 cūdus act⁹ est cogitationes p̄cauas cobibe-
 re et hoc nō erit i patria vbi nihil notū erit
 Itē fortitudinis act⁹ secundari⁹ ē p̄ferre mo-
 lestias et hoc nō erit i patria. p̄ncipalis vō
 est deo firmis adherere et hic act⁹ erit in pa-
 tria: qz sancti deo adhererūt et sine sepatio-
 ne p̄petuo iūgenf. Trem iusticie act⁹ secū-
 dari⁹ est subuenire miseris et hic nō est in
 p̄ria: vbi nullus erit miser. p̄ncipal vō est
 deo regēti s̄bditū eē et ex h̄ reddid ei qd̄ suū
 est et iste act⁹ erit in p̄ria vbi oēs deo erūt s̄-
 diti sine p̄dictione et rebellionē. igit virtutes
 acq̄site remanebūt in sancti i gl̄ia q̄ ad act⁹
 p̄ncipales vt dictū est. Tal q̄ ornatur sc̄ōm
 potest deduci et argui ex rebus visibilibus.
 Deus enim celum ornauit st ellis: aerē autē

Octaua gloria anime

buo: a quam piscibus: terra ab extra herbis
et floribus: ab intra vero auro et argenteo et alijs
metallicis et etiam lapidibus preciosis ut patet
ad sensum. Videmus etiam quod homines
honoris se diebus festiuis cultioribus vestimen-
tis adornant per quod designatur orna-
mentum interius. si ergo sic est in istis corpo-
ribus: quid erit in gloria. Erte incorruptabi-
liter anime ille beate ornabitur excellentius
Unde dicitur Job. xxvi. Spiritus domini ornauit ces-
los. et montes. Si ergo homines cupiunt ornari his
rebus transitorijs pro magis debent optare
illis ornari spiritualibus ornamentis. Sic igitur
patet de ornatu spirituali in celesti gloria ad
que vocatur i themathe. Venite benedicti. etc.

Et au gloria anime

erit completa pax interminabilis
Ista. xxxij. Erat opus iusticie pax.
Et sequitur. Sedebit populus meus in pulchri-
tudine pacis: et in tabernaculis fiducie: et i-
re quiete opulenta. Et hoc erit in quattuor.
Primo erit pax cum deo per omnimodam conformitatem.
Secundo erit pax cum angelis per amica-
bilem charitatem.

Tertio erit pax cum hominibus tranquillitate.
Quarto erit pax cum hominibus per con-
dialem serenitatem.

Primo erit pax cum deo. Nunc homo vir possu-
m? hinc patet cum deo subiecto ei ad nutum
et cum omni conformitate voluntate nra et hinc per cor-
ruptionem nature nre que inclinata est ad malum
Beatus. vi. Sensus enim et cogitatio humani cor-
dis ad malum prona sunt ab adolescentia sua. Et
hic de diabolo? i via aduersari? est et spiritus hominis ini-
micus? qui laqueos tendit: lapsus parat: foues-
as fodit: aprat ruinas: stimulat corpus: pun-
git animas: cogitationes suggerit: dat virtutes
odio: vicia addit amori: errores serit. discor-
diam nutrit: pacem turbat: affectus dissipat.
et breuiter est tanquam leo rugiens qui circumit que-
rens quem deuoret. i. Pe. v. Iste turbauit pacem
inter deum et primos parentes Beatus. iij. Iste
est cui? inuidia mors intrauit in orbem ter-
rarum Sap. ij. Sed eo plecto cum suis in pro-
fundo inferni perpetuo Apoc. xx. vbi dicitur.
Infernum? et mors misse sunt in stagnum ignis.
Et per mortem ait. Ni. de lyra hic intelligit dia-
bolus cui? inuidia mors intrauit in orbem ter-
rarum sic predictum est: facti et beati viri qui hinc
grime certauerunt pacem et quietem habebunt
cum deo et in deo. Ista est pax de qua apostolus Phil.
iij. ait. Pax dei qui exuperat omnem sensum: cui?
frodia corda vestra et intelligentias vestras. Dec

pax est tam preciosa tam digna quam exuperat om-
nem sensum omnem estimationem. Si pax hec ten-
poralis tantum diligitur spiritus deus cupidus pa-
eterna. de pace terrena ait Aug. Tale est hu-
manus pacis ut in rebus creatis nihil grossius
soleat audiri: nihil delectabili? concupiscentius
nihil vtilius? possideri. Quid igitur dicemus de
pace perpetua. Ideo Beatus Bernardus. hanc pacem desiderans
dicebat super Lancia. Ad eum benedictus agi-
pacem habuero. Et hinc est quod in spe dicebat
pheta in ps. In pace in idipsum dormiam
quiescam. hec est optima pax quam creatoris
creatura erit amoris indissolubile vinculum
et conformitas voluntatum: ita quod omne quod deus vol-
erit ipsa beata sanctorum voluntas velit: et
ne quod voluntas beata voluerit ipse deus non
Sap. iij. fideles in dilectione acquiescent
quam bonus et pax est electi dei. Ut igitur facti
illa possideant in die iudicii dicit eis. Te-
nere benedicti etc. Secundo erit pax cum an-
gelis etc. In gloria eterna habitant ciues an-
geli sub triplici ierarchia ad quos ordines
iusti de ecclesia militate assumuntur. Unde
Aug. in. i. li. de ciui. dei. duas enumerat
ciuitates. Una dei. Altera diaboli. Ciui-
tas dei est ciuitas sanctorum angelorum et beatorum
de qua admirando ait propheta in ps. Glo-
sa dicta sunt de te ciuitas dei. Ciuitas
diaboli semper inuidet et dicitur dicitur propheta
ps. Vidi iniquitatem et ditionem in ciuitate
diaboli. Et hoc predictio explicationis Apo-
stoli vbi dicitur. Factus est prelium magnum
in michael et angeli eius? preliabatur cum do-
ne et draco pugnavit et angeli eius? et non
erunt: neque inuentus est locus eorum amplius.
lo. Demones igitur huius? ciuitatis dei et
impugnatores spiritus sancti nituntur nos in-
cos facere per peccatum dei et angelorum. Sed
ipsi sancti angeli nos cupiunt protegere
dere. Unde Iero. ait. Inquit magister sen. di-
ci. Magna est dignitas animarum vestrarum
habere ab oritur natiuitatis et custodiam an-
gelum delegatum. Breuius? quod dicitur quod
bonum angelum sibi ad custodiam depu-
tatum vnum malum ad exercitum huius. Cum enim
li boni bonum nram velint eorum omni? sal-
deat. Ille tamen qui reputat? est ad custodiam
angelum spualiter hostis ad bonum. Sicut et in
geli cum desideret malum hominum magnum
malum incitat: et ad nocendum foris? in-
qui ad exercitum eius deputatus est. I-
gister. Et ratione huius custodie assigna-
roni. in omelia festiuitatis angelorum.
Nec enim tua posset esse humana

erit completa pax interminabilis

is inter tot & tantas hostis illius insidias
 isti sanctorum angelorum muniretur auxilio.
 Quia igitur cives celi quorum in ipsis est nos
 mouent ad pacem sempiternam. Vnde quidam
 in actus angelici respectu hominum in quibus
 operatur angelicus ministerium sic est ex
 care ad bene agendum siue promouere: ad iuua
 dirigere: & sicut custodire: defendere: si
 & tueri & hostes & mala. sicut a malo re
 care ad bonum. & istud ministerium respicit
 dicim sine statu vite & meriti. Alij sunt actus
 angelici in quibus large & improprie dicimur
 sicut ministerium angelicum sic est assistere
 ab lance gratulari de bonis ipsarum sic est de
 gloria associare ipsas & quasi ad modum deduc
 em se habere ad ipsas quasi ascendunt ad celum
 inspirare & isti sunt actus officij charitatis
 dilectionis quam habent angeli sancti ad ani
 mas. Et ro quare istos vltimos actus habent
 actu talis aiarum est multiplex. Prima est
 propter summationem meriti angelorum. Cuius enim
 angeli quotidie mereantur ex hoc quod mini
 strant aiaibus propter ademptionem saluam in hoc
 summas & terminas meriti eorum. Quoad
 in anime sunt circa terminum radium sunt an
 geli in merito ratione ipsarum & ideo gratulantur
 in aiaibus in ademptione plena illius glorie. Se
 cunda ratio est propter reuerentiam ipsarum aiarum
 igni enim est iustus quod qui hic in ecclesia mu
 late humiliter & pculant propter amorem
 iusti in ascensu ad ecclesiam triumphatam ho
 stent a ciuibus ecclesie triumphatis. Tertia
 est propter ostensionem ydoneitatis aiarum ad
 bonum suum premium: & ad premium locum. Vnde quod an
 geli ministraverunt aiaibus sanctis imerito:
 ideo nouerunt merita ipsarum: ipsi sunt qui
 nuntiant & propter portare testimonium de idoneitate
 ipsarum ad premium & ad gradum premium. Pro
 pter istas igitur rationes dicimur quod angeli assi
 stunt in ascensu ad celum non propter indigen
 tiam ipsarum: sed propter reuerentiam & rationes di
 cas. In illa igitur gloria erit amabilis dul
 cis & vera pax inter angelos & sanctos cum il
 lius civitas iuris ciuibus replebitur & angelica ru
 ra ex hoibus reparabitur, de qua loquitur An
 thimus in de similitudinibus dei. Dipotens de
 litate quadam magna & ad modum spacio
 sa ad sua gloria edificauit: quam copiosa ci
 uium multitudine repleuit quorum nonnulli cum
 prius voluntate potius elegeret facere quam sub
 olunrate & ordine dei remanere miserabiliter
 conuerterunt & domus edificia magna & spa
 ciosa vacua remanserunt, ut igitur aliqui qui v

be magna fieri ordinasset quod multa in ea pa
 lacia destruxisset: multasque mansiones ad v
 bis edificationes fecisset: sed habitatores non
 haberet & omnes quoscumque portuisset ad se in
 uitarer. Sic facit deus. Deus enim ut ad se ve
 niat ut & ad sue ciuitatis edificationem inbu
 niat precatur: admonet: inuitat bonas leges
 prebea pacem & securitatem promittens. De ci
 uitate. Angelus igitur iam cives illius ciuitatis nos
 aduocant ut ad ipsam puenire valeamus. Quod
 ibi summam pacem cum ipsis habebimus. Quod
 quantum talis societate tales amicitia opta
 re debemus. Si enim vnusquisque in hac via in
 ciuitate pacifica manere desiderat quanto ma
 gis debemus tendere ad illam eternam mansione
 in qua sancti recipiendi sunt cuius dicebat eis. Ve
 nite benedicti etc. Tertio ibi pax erit cum
 hoibus etc. In hoc enim mundo raro vult cum
 homines reperit pax & tranquillitas propter mu
 danorum concupiscentiam. Vnde Jac. iij. dicit. Ans
 de bella & lites in vobis. Nonne ex concupiscenti
 a vris quod militant in membris vris. Concu
 piscentia & non habetis occiditis & non zelatis &
 non potestis adipisci litigatis & belligeratis
 & non habetis. Diuite igitur & concupiscentia earum
 sunt causa litium & guerrarum sicut videmus ad ex
 perientiam. Vnde enim est guerra quasi immortalis
 inter reges & regna nisi quod concupiscunt castra:
 possessiones: & cetera temporalia. Quia quod vnus
 possidet desiderat alter habere. & ex hoc sequitur
 mala quasi infinita vnde inter hoies querere:
 placitationes: rancores: odia: & alia mala ni
 si ex concupiscentia terrenorum. Ideo norant non
 dicit Jac. Unde bella & lites in vobis. Nonne
 ex concupiscentia vris. q. d. Sic. I. vos habetis
 talia ex mala concupiscentia. Sed hec concu
 piscentia cessabit in illa celesti gloria cum
 nullus concupiscet bonum alterius sed erit
 de suo bono contentus & de bono alteri gaude
 bit sicut de suo proprio. Ibi erit pax & tran
 quillitas inter cives illius ciuitatis. quia
 ait propheta. Iusticia & pax osculate sunt.
 Quia quod ibi inter sanctos erit iusticia. ideo
 erit pax inter illos. Ad hanc pacem voca
 bimur cum nobis dicitur. Venite benedi
 cti etc. Quarto erit pax in hominibus etc.
 Nunc enim inter animas & corpus non est
 pax: sed dissensio & guerra de qua dicit apo
 stolus Galat. v. Caro concupiscit aduer
 sus spiritum & spiritus aduersus carnem.
 Caro dicitur a carendo: quia caret omni
 bono. Semper enim nititur spiritus refren
 nare et per delectationes infestare per vitias

Nonna gloria anime

coitationes molestare per mundi tribulationes. in. L. hōm. viij. Nulla requie habuit caro nostra. Qualis autē cōtrouersia sit iter carnis et spiritū ostendit ap̄s. Gal. v. Ubi enumerat. xvij. opa carnis. q̄ sūt sicut. xvij. sagitte siue machine cū quibus p̄liat aduersus spiritū. Dicit ergo manifesta sūt opera que sūt fornicatio: imundicia: impudicitia: luxuria: idolorū seruitus: yeneficia: inimicitie: cōtentiones: emulatioes: ire: rixē: dissensioes: secte: inuidia: homicidia: ebrietas cōmessationes. Sed in gloria erit summa cōcordantia inter aiām et corp⁹: dūz ipsū corpus ad nutuz: in oibus obediet spiritui sic mag⁹ dū dicef. de gl̄ia corpis dicem⁹. vñ tū corp⁹ nō impedit atqz cōtēplatiōe dei. Tñ br̄is Augu. xij. de ciui. dei dicit qd corpus sūma et mirabili obtēperādi facultate subdeef spiritui oī corruptibilitate et tarditate detracta: imo resumptio corpis iuuabit et quodāmo perficiet britudinez aīe: qz appetit⁹ naturalis qui est ips⁹ aīe ad corp⁹ cessabit et resūptio corpis pmouebit ipsaz in deū. Sic igif erit pax et cōcordia ac mag⁹ gnus amor inter aiām et corp⁹ in illa regio ne brōz. Tñ br̄is Ber. in quodā s̄mone de oīb⁹ sanctis qui incipit. Auertistis nisi saloz. 7c. dicit sc̄. Acceperūt scōm anime laz singulas stolas. si nō uelstūf duplicib⁹ do: nec uestiamur et nos. S; ynde hoc o miser ra caro: o feda: o fetida. ynde tibi hoc. Tñ sancte quas deus ipsa ins̄gnauit imagine: quas pp̄rio redemit sanguine te expectant et ipsarum sine te cōpleri leticia. perfici gloria cōsumari britudo nō pōt. Adeo siquide uiget in eis hoc desiderius naturalē: ut nec dum rota eozū affectio pergat in deū: si cōtrahaf quodāmo et rugas faciat dū inclinātur desiderio tui. hec ille. Erit igif pax anīe cōpleta dū corpus suū habebit et corp⁹ ipsuz a sua gloria perficief. Si igif dūz corpus est infirmū optam⁹ eius sanitatē. p̄p̄o plus debem⁹ desiderare eiusdē impassibilitatē de qua post dicef. Dū igif in hoc corpore mortali pegrinamur a dño sic uiuamus ut illā pacē obrinere ualeam⁹ que pax nobis cōcedetur dum in die iudicij nobis dēctur. Venite benedicti. 7c.

Nonna gloria anime

Nonna gloria anime erit facietas desiderabilis. sicut enim ait magister sūarū di. i. ij. ca. liij. Dei tāta est bonitas et britudinis sue

qua eternaliter beat⁹ est: alios uelit esse participes quā uidit et cōitari posse et minui nō posse. Et sequif ca. vi. Si querif ad qd creata sit rōnalis creatura. Rñdēf. Ad laudādeum: ad seruiedū ei: et ad fruendū eozū in oibus: p̄ficiat ipsa nō deus. Qz ergo rationalis creatura est facta a deo. et referēdum est a creatoris bonitate: et ad creature utilitatē. Et sicut fact⁹ est homo ppter deū. i. ut ei uiuere: ita mūd⁹ fact⁹ est ppter hoīes scz ut seruiret. Dec magister. Tñ hō naturalitē habet uultū ad celestia ereptū et statim cōpōis sursum eleuatū ad celū. Tñ s̄m Jñs. Abusue hō dicit⁹ est ab humo cū ex societate: nō tñ corpis si anime sit cōcret⁹. et idē grece antropos. i. sursum erec⁹ compellat⁹ qd ab humo ad cōtemplatiōē sui artificis spūs regine subleuat. Tñ Quid⁹ in lib. trāsfōrmatis. Pro nāqz cōspēxat animala cetera terrā. Os hōi sublimē dedit celū uidere. Iussit et erectos ad sidera tollē uult⁹. Que oīa denotāt hoīem ad illā celestem gloriā a natura sua rēdere et hīc ap̄titū et inclinationē. Ibi igif erit facietas quies sui desiderij s̄m quattuor. Primo finem suum attingendo. Secundo a labore quiescendo. Tertio uirtuose cōuiuendo. Quarto loco celi cōsistendo.

In gl̄ia igif erit facietas hoīs fines suū attingendo. finis enī est illud ppter qd quid sit s̄m p̄hos. Alio mō finis est vltimū rei siue ad qd aliqd ordinat. i. Tbi. i. Finis p̄cepti est charitas. S; simpliciter vltimū finis ille. de quo br̄is pet⁹. i. pe. i. Et redtes autē exultabitis gl̄ificata leticia inenarrabili et gl̄ificata repositātes finem hīc uestre salutē aiārū uestrarū. De quo Aug. li. xij. de ciui. dei dicit. Ipse erit finis desiderij nostrorū q̄ sine fine uidebif sine fadio amabif: sine fatigatiōe laudabif. Ipse est finis n̄ sic ipse dicit Apoc. i. Ego iuspha et o principij et finis. de hoc sine acq̄redo debet esse p̄ncipalis et singularis rō et diligētia. libēti⁹ enī facit homo qd p̄pitur qm magnū est p̄mij qd p̄mitit. I. igif uita eterna sit sumū p̄mij et iment qd deo obediētib⁹ et mādata et cōstodientibus est p̄missuz: q̄ta uigilātia debem⁹ ei uoluntatē facere et custodire. Pō dē Ad. xij. Si uis ad uitam ingredi sua mādata. Ecce p̄ qd ille finis attingif possibiliter habet. Proser. viij. Seruus mādata et uita

erit facietas desiderabilis

re lege meā quasi pupillā oculi tuī: liga eam
 in digitis tuis scribe illā in tabulis cordis
 tui. Dec est igitur via pueniēdi ad finē nīm
 illis igitur faciat: vis oī bono ditari: vis pfi
 oī gaudio t cōsolatiōe. Fac bñ viuedo qd
 ad hūc finē attingas qd dabis hīs qb? dicef
 Venite bñdici. rē. Secūdo dī qd in gloria
 erit facietas a labore quiescēdo. Videmus
 nō qd is qui labore vexat expectat quietē t
 illā cōsequit multū delectat. Quot labori
 bus quot turbatiōib? vexat hō in hoc mū
 do. Notū est. Et Job ait. xij. Dō natus de
 u. bze. v. tpe. re. m. miserū scz calore frū
 ore fame sici infirmitatib? et hmoi ppter
 tūm pūmi parētis. Sz in vita btā nō erit
 les miserie: qz ibi erit oīs t pfecta reqes
 sic dī Apōc. xiiij. Ubi btūs lobes ait. Aus
 ui vo. de ce. di. mihi. Scribe btī mor. qd in
 io moriūf. Amomodo iā dicit spūs vt re.
 la. suis. Dicitū est igit iohāni scribe. s. in li
 dyt ad p̄solatiōe electorū dicit? p̄seruet
 atz scz erit mortū qd in dño. i. in gratia t
 aritate dei moriūf. Nā qd manet i charita
 tē deo manet t de? i eo. vt dī. i. Jo. iij. Di
 eni ipūs scūs. i. p̄mittit tam. vt reqescat
 nomo. i. post mortem a laborib? suis. i. ab
 scrib? laboriofis quib? vitā eternā merue
 rit. Sz sūme desiderādū est dictum p̄phete
 p̄ dicif. Ip̄si vero non cog. vi. m. qb? iu.
 ra mea si intro. in re. meā. Qd exponens
 eo. de lra ait. Ip̄si nō cogno. v. me. i. p̄ta
 mea de qb? debebāt ambulare quib?
 aut. i. irrevocabiliter diffiniui si intro. i.
 intrabit in requiē meā. i. in terrā p̄mis
 sū que fuit figura quietis btōz t paciē
 qz oīs in figura cōtingebant eis. i. Lo.
 q. r. De hac requie loquit ap̄s Deū. iij.
 meam? ergo ne forte relicta pollicitatiōe
 oculū in requiē ei? estimet aliq̄s ex no
 vesse. Et ca. n. dicit. p̄pterea abūdāt?
 ter obſuare nos ea qd audiim? scz a fi
 cta in euāgelio. t p aplos p̄dicata. t
 abūdāt? qd vba p̄betarū v̄f angeloz
 nata fuerint a iudeis. Adat. v. Nisi abū
 erit iusticia vestra plus q̄ scribarum rē.
 et hoc in quā ne forte pessumans. i.
 maliter puniamur. Auim? qdē s̄m glo.
 v̄pā originalē effuim? per actuale ve
 t mortalē: sic pessum? p̄ etnā dānat?
 Et nō sic Nico. de li. forte arbitri liber
 nō dubitatioēs. Dec Pe. de tharētaſta
 edf ca. iij. festinem? q̄ ingredi illā
 vt ne in idip̄m q̄s incidat credulitas

tis exemplū. festinem? inq̄t pe. de. s̄f nos
 qliber p se. Un? enī d̄y aliū trahere t sollicit
 tare: r ita vnanimiter festinari ingredi per
 fidē t bona opa in illā nō figuratiuā vt est
 requies sabbati t terre. p̄missiōis: sed in res
 quie verā t eternā. de qua Jsa. xxxij. Sede
 bit p̄p̄s me? in pulchritudine pacis in tas
 bernaculo fiducie in requie opulētā. festi
 nem? in q̄ in b ue q̄s. i. aliq̄s nīm incidat in
 idip̄m incredulitatis exēplū. i. in eādē cul
 pam incredulitatis in quā incidērūt antiq̄
 patres: que culpa d̄y nobis esse in exēplū
 vt caueam? vel sic. Ne aliq̄s nīm incidat i
 ip̄sū. i. eādē penā incredulitatis incidē
 p̄res qd pena d̄y nobis esse in exēplū vt ei
 meam?. Dec petr? de tharētaſta. Dodie ergo
 ait ap̄s. Deb. iij. si vocē ei? xpi audie
 ritis. Et Nl. de lra. Dodie. i. in tpe grē in q̄
 veritas est reuelata. tēp? enī legis fuit qua
 si tēp? noctis s̄m qd dicit ap̄s. Ro. xij. Hor
 p̄cessit dies aut̄ appropinquat. Si vocē. Et
 ponit hic si p qz. vox ip̄s? xpi loquētis audi
 ta est in euāgelio. in natura diuina assūpta
 In veteri aut̄ testamēto audita est vox p̄
 p̄betarū ei? s̄m qd dicit Augu. in li. de s̄mōe
 dñi in mōte exponēs illud. Adat. v. t ap̄s
 os suū rē. Lūc. n. ille apuit os suū qd i vete
 ri lege apiebat ora p̄betarū. Nolite obdu
 rare corda vestra p̄ inobediētia. hō enī in
 obediēs deo ab eo se auertit. t p̄sequens
 de? iuste grām suā illi subtrahit. Et qz grā
 dei cor mollificat et p̄ s̄m in subtractione
 gratie sequit̄ ipsius hōis obduratio. Talis
 ā obduratio ē ab hōie inchoatine t demer
 tozie: in q̄tū p̄ liberū arbitriū adberet petō
 t p̄sequēs auertit ab eo in q̄tū i se ē. t sic
 demeret qd de? ei subtrahat grām suā. t sic
 est a deo in q̄tū est pena iust? inflicta. Nos
 lite ergo obdurare corda vestra. i. voluntas
 tes vestras p̄ inobediētia. s̄ solliciti sumus
 per obediētia de ingressu ad illā requiē. de
 qua ait btūs Augu. li. p̄fessionū. Inqueritū
 est dñe cor meū: donec requiescat in te. Ad
 quā inuitabimur t ad quā vocabimur duz
 nobis dicef. Venite bñdici rē. Tertio di
 ctum est qd ibi erit quies desiderē. vtose
 cē uiuēdo: inclinamur enī a natura ad ipas
 n̄tutes tā qd ad p̄fectionē it̄r̄nsecā. nā virt?
 est mētis dispositio qua mens rōni d̄centit
 t obedit. Cū Augu. li. de spū. t aia inq̄ vit
 tus est habit? mētis bñ institute. Et idē li.
 de libero arbitrio virt? ē bona qltas mētis
 q̄ recte viuif: qua nemo male vitur qd de?

Decima gloria anime

in nobis sine nobis operat. Que diffinitio
de virtutibus in his maxime intelligitur quia
in illa celestis patria precipue complebitur. Unde
propheta ait quod sancti ibunt de virtute in virtute
et in videbitur deus deorum in syon. Adhuc
et de virtute cor ad signa erigit. et a terrenis
segregat. Sic enim sunt virtutes aeri quo si
dolu plenu fuerit nunquam in profundu aque de
scendit. Sicut testa cui plena rore tacta ra
dix solis per estus cui innititur ascendit. Sic
mens repleta virtutibus inferiora contempnens ad
sublimiora se transuebit per secula desideria et
affectioes sincerat. Unde Macrobius ait. quod
sole virtutes boni faciunt. ideo viri peccati non
de corruptibilitate sed aure et argenteo thesau
ro faciunt. sicut de virtutibus. Per has ergo vincit
mus hostes nostros et peruenimus ad celum. Vir
tuosus quidem per sufficientiam vincit diuitias
per abstinentiam vincit delicias. per sapientiam
vincit blandicias. per patientiam vincit tristitias.
Unde quidam patres capti ciuitate spoliati
vna cum ceteris omnibus temporalibus solus nullus
dolorum deducebat. imo ceteris lamentantibus
gaudium ostendebat. Interrogatus igitur cur
non tristeretur. Respondit. fortuna sua recepit
me aut non porauit: sicut dimisit sed virtutes
In illa igitur vita beata omnes erunt dicissimi:
quia virtutibus repleti. et talis erit vita loci
da. Sicut enim terrenis aiales homines gaudent
in diuitiis mundi in thesauris istis qui cito
perduntur: ita incognabiliter plus gaudebunt
et faciantur in diuitiis illis spiritualibus. Sancti
viri in gloria paradisi conuenerunt. Unde viri
dixit quoniam virtutes statim cuiusmodi erit statim glorie ad
quem ibimus et ascendemus medio virtutis dum
dicitur Venite etc. Quarto faciamur loco
celi christo. loco enim beatorum erit celum empyreum
vir dictum est in principio. Unde secundum veritatem fu
der catholice anime decedentes a corporibus in
villo purgabitur: vel iam perfecte purgata sta
tim euolat ad celum empyreum quod est locus sue
glorie. Et ratio huiusmodi est. quod statim beatitudinis
est altissimi uniformis stabilis et immutabi
lis. ut dicitur amplius persequenter. ideo congruit
quod locus sit et deputatus habens conditio
nes conformes et conformes tali statui. Ce
lum autem empyreum est altissimum nobilissimum in
quo est uniformitas inuarietas et immutabi
litas. Declarat etiam. quia cum christus sit caput
omnium beatorum: ubi est caput ibi debet esse
et membra et cum sit caput hominum non solum
per illo statu quo sunt anime in corporibus: sed etiam
quarum per omni statu scitatis in quo sunt re

nendum est et credendum quod omnes anime que sunt be
gine suo coloris et nihil purgabile habent ad
celum empyreum in quo est christus sublimis. Pre
hago de sancto victore. h. l. de sacramentis
xvi. pre. ca. iiii. Loquens de loco inferni sub
dit. In hoc inferno dicitur esse ignis inextin
guibile ad hunc infernum anime sceleratorum a co
poribus egresse statim retrahuntur et manent. et quod
ad hac vitam purgabilem exeunt sine mora ad
lum ubi secundum humanitatem suam christus ielus in dex
tra dei patris sedet in gloria continuo deduc
credunt. sicut scriptum est ad h. d. xxiiii. Ob
cuius fuerit corpus ubi congregabitur et aqua
Dicit enim Richar. d. l. xlv. quod celum empyreum
quis in nullo augeat aiarum beatitudinem delecta
tionem essentialem. in aliquo tamen augeat de
delectationem accidentalem in quantum ille anime
cum illis plusquam alia loca diligit. Presentem
autem rei dilectam aliquam causam delectationem
Ratio autem quare illud locum plusquam ceteris diligit
triplex est. Una quod locum illud scilicet sibi esse
putatur a deo que summe diligit. Secunda
ratio est. quod in illo propter excelsum nobilitatem
nature super alia corpora et spiritus quod in alijs
cis resurgere tamquam in effectu diuini boni
tate conspiciunt. Tertia ratio est. quod illud locum
limitas: luminositas: imobilitas: sua spiritu
sublimitate expressius et luminositate et quod
perpetuitate quod qualitates aliorum locorum re
sentant. Unusquisque autem plus ceteris partem
diligit locum que magis est presentatio. In
biliteris quas diligit. Dec ille. In hoc
complectitur et quodammodo proficit beatitudinem secundum
sunt in celo empyreo ad quem locum ascendunt
mus non solum secundum animam: etiam secundum corpus
ma cum audiri sumus. Unde per thymate si
perum sed Venite benedicti etc.

Decima gloria anime

Decima gloria anime erit felicitas inuariabilis
hoc maxime verum erit post glo
riale resurrectione sicut post declarabilis
enim erit perfecta felicitas.
Abique tristitie admixtione.
Abique aliqua fatigatione.
Abique aliqua cessatione.
Abique aliqua alteratione.

Primo igitur erit perfecta felicitas ab
sticie admixtione. Felicitas enim mundan
est sic perfecta quam aliquis possit accedere multo
Imo quicquid aliis sit in hunc mundo perfectum
potest cum peccata. Deum huiusmodi quod incolat me
Ubi glo. Deum huiusmodi quod incolat me. sicut per

ent felicitas inuariabilis

lo huiusmodi plögata ē q̄tuz si breue sit tēp̄
 in desiderio nūmo lōgū videt. Itē vt ibidez
 a scēdere cupiēs ad etnā hīerlm multos
 uenit oblitētes. iō a linguis eoz cupit libe
 ri dicēs. Dñe libera aīaz meā a la in. r. a
 n. dolosa. nā cū cogitat hō ascēdere siue p̄
 cere cōte pro sc̄o soli dōo adherēdo incipit
 aut linguas aduersantū. i. detrahētū. r qd
 autēst q̄t̄ p̄suledo a salute aduertentiū.
 as autē qd nō parit nonduz p̄ficere conat̄.
 sc̄lurus ergo p̄mo cōtra eas p̄caas. q. d.
 nūa me in gradu p̄stitūisti. iā ergo. D dñe
 pera aīaz meā a labijs inīq̄s. i. que inīqua
 adēt r a lingua dolosa que sub sp̄e p̄suledi
 nūa nocet. **A**lia enī labia p̄mo hōi occur
 rūt. vñ Perij. labia enī inīqua fuerūt q̄b̄
 p̄sum est comedē: lingua dolosa q̄ palia
 sine p̄siliū dicitū est. erit̄is sicut dñi. **P**er
 inīqdē hō trāsīēs per villas sp̄ hz canes
 festos. vñ **S**ene. Natura canū ē imbecil̄
 q̄romin⁹ vires habuerint pl⁹ latrare. **S**
 glo. **E**t hec q̄dē r alia plura p̄nt esse cau
 trificie. iuxta illud q̄ p̄ eū dē p̄p̄baz dī.
 defectio tenuit me p̄ p̄cc. xre. le. tuaz. **B**o.
 n me p̄olat⁹ sus: s̄ defectio v̄l rediū tenuit
 e p̄ p̄ctōrib⁹ r̄c. **T**edet emī eū: q̄ cū hīs cō
 n̄at: donec area vētīes: v̄l teāū r defect⁹
 et p̄ excedit⁹ peccantiū: qz plus grauat
 mī vīrū q̄ sua pena quoz dolore defecit
 ta est vīr⁹ pietat⁹. **H**ec glo. **I**n illa autē fel
 vira nō erit lingua dolosa: nō erūt labia
 trahētia: nec erit q̄c̄p̄ qd possit eē cā dolo
 s. **U**n nos h̄ audietes r ad celestē hīerlm
 spirātes dicere possum⁹ cū p̄ā. **Z**erar⁹ sus
 hīs que dicta sūt mibi in do. do. ibimus.
 mor nāqz qualiscūqz sit vacare nō potest
 si terren⁹ est: aiām ad p̄cipiēda terre
 inclināt. **S**i vero celestis est ad celestia
 bīenat r ad eterna in flāmat vbi sunt con
 nes n̄i angeli. **H**ec glo. **S**i ergo amor diuī
 s̄ sit in nobis in domū dñi ibim⁹ vbi p̄re
 re gaudebim⁹ dñi nobis dices. **C**lemente bes
 dicit r̄c. **S**ecūdo illa felicitas erit absqz
 ḡtigatione. **D**oc em̄ mirabile q̄ sancti in
 a cōtēplatione r vīsiōe brā nō fatigabūf
 m̄: nō cū deum cōtēplamur aut aliqd̄ bo
 facim⁹ intantū sum⁹ fragiles q̄ patimur
 tīgā r non possum⁹ semp̄ ozare: aut bene
 gere. **E**t hoc videt̄ p̄cedere a parte corp̄is
 quo dī **S**ap. ix. **L**oz⁹ qd̄ corrupit ag
 auat aiām et deprimit terrena in habitas
 sensuz multa cogitatē. vñ **N**ico. de lyra
 r. **L**oz⁹ corrupibile ipegit intellectuz in

suo ope. **I**deo dicit̄ corp⁹ qd̄ corrupit aggra
 uat aiām. q̄t̄ diceret. **D**oc nō facit corp⁹ in
 quātū corp⁹: qz nō impedit̄ in statu ino
 centie: s̄ in q̄stū corruptibile q̄le factū ē per
 p̄ctm̄ adē r terrena in habitatio dēp̄mit sen
 sum. i. intellectū multa cogitatē. **N**as p̄pter
 hāc in habitatioē hz cogitare dē necessarijs
 m̄stris ex p̄re corp̄is. **H**ec ille. **I**n illa nō glo
 ria celesti corp⁹ nullo mō impedit̄ aiām a
 cōtēplatione diuina vt post dicit̄: nec p̄ cōs
 sequē s̄ erit aliqua fatigatio aut labor i illa
 felicitate: s̄ semp̄ plena r p̄fecta delectatio
 r infatigabilis. **D**oc tñ p̄mū infatigabilis
 quo ad habitū r desiderū aīe debem⁹ appere
 re. **U**bi sciendū sicut ait **N**ico. de lyra super
 y. **L**ozin⁹. v. **A** appetitus est inclinatio ses
 que s̄ formam. **E**st autē in nobis duplex for
 ma scz nāl̄is r grā habitualis. **A**ppetit⁹ autē
 nature inclinauit ad p̄seruādū vnionēz autē
 cū corp̄e. r ideo dissolutionēz refugit et ab
 horret. **A**ppetit⁹ autē grē cōminat ad p̄secutio
 nē grē que p̄sistit in clara dē vīsiōe et frui
 tione. **I**git̄ si aiā possit cōsequi grāz absqz
 dissolutione corp̄is hui⁹ mortal̄is appetit⁹ grē
 tenderet in cōsecutionēz glorie celestis sine
 retardatiōe p̄ appetitū nālē. **S**z qz hoc nō
 pōt fieri. iō appetit⁹ nāl̄is eo q̄ refugit nāl̄
 ter dissolutionēz hāc qdāmō repugnat appeti
 tui grē. ideo ait ap̄s̄ ibidē. **I**n hoc ingem̄
 scim⁹ habitudinē n̄fam. i. desideram⁹ cū tes
 dio dilatatiōis grē cōsecutionēz q̄ de celo
 est: qz daf a dōo. r nō ē ex p̄ncipijs intrinsic̄
 nature: p̄pter qd̄ iduētū dī. **I**o. dicit ap̄s̄
Sup̄indui cupiētes appetitū. i. grē. si tñ ve
 stiti nō nudi tuemur. i. si absqz dissolutio
 ne corp̄is corruptibilis q̄ induit aiā vt ves
 timēto possit sup̄indui grā: tñ absqz aliqd̄
 retardāte appetitus grē in hoc ferret: s̄ qz
 hoc est impossibile. ideo retardaf p̄ nālēm
 appetitū dissolutionē aīe r corp̄is abhorret
 tem: p̄pter qd̄ subdit. **N**ā r qui sum⁹ in hoc
 tabernaculo. i. in hoc corp̄e mortali inges
 m̄scim⁹ grauat̄ de dissolutione corp̄is r aīe
 eo q̄ nolim⁹ eripolari corp̄e p̄ mortē: s̄ sup̄
 uestiri. i. gl̄ie vestimēto. **A**ppetit⁹ tñ grē in
 oib⁹ sanctis vincit appetitū nature. ideo ait
 ap̄s̄. **A**udem⁹ autē scz sine trepidatiōe r do
 nā volūtate hēm⁹. i. delectatōes i mētemaḡ
 pegrinari a corp̄e. i. dissolutionēz hui⁹ corp̄is
 per mortē subire et p̄ntes eē ad deū. i. vt p̄
 h̄ dēam⁹ clarā dei vīsiōne r p̄fectā fruiciōēz
 h̄ **N**ico. de lyra. p̄p̄ qd̄ ap̄s̄ ait. i. ca. ad **P**hil.
Lozart⁹. n. e. duob⁹. i. inuēoz qd̄ appetēdū

duo que non possunt simul haberi desiderium habere dissolui per mortem corporalem et esse cuius christo. s. in gloria. Adulto meli' est. i. videt per me. manere autem in carne. i. diuini viuere magis necessarium est propter nos. Iam nram confirmationem in fide et moribus per doctrinam magis. Dec. de terra. Sicut igitur in paulo superueniens appetitum nature cum inclinabat in fatigabilem ad gloriam. et si erit ratio quare illa gloria nulla erit fatigatio: quia illa gloria erit cum gratia summatam in corpore glorioso sic post dicitur. Et ideo illa beata vita operantes non fatigabuntur ais vris deficientes. Heb. xi. Ad hanc igitur vitam felicem vocabimur dum christi proferret. Venite benedicti patris mei possidete regnum.

Tertio illa felicitas erit absque cessatione nec quidem quousque oportet cessare ab opere virtutis vel quousque oportet etiam nunc bibere nunc comedere. Et sic non valeamus eandem operationem absque cessatione facere. in illa gloria non sicut nunc enim ibi dormiemus. nunquam ab eadem operatione cessabimus: si dei visio et fructus et breuiter omnes operationes ibidem anime et corpori puenientes erunt perpetue et sine cessatione. Nec in inferno cessabunt tormentum: si erunt perpetua et absque fine. propter quod Salomon monet nos absque cessatione audire doctrinam quam possit nos perducere ad gloriam dicens puer. xix. Non cesses filii audire doctrinam nec ignores sermones scientie. Nam sic illa gloria est in continua visione et fruitione dei. sic dispositio ad illam est in continua acquisitione scientie et virtutum quantum possibile est: vni. Lriso. super Mattheum. Deum nos disposuit esse ut nec studeres nec laborares circa scripturas acquiram salutem scientie sine gratia dei: ut ne nobis imputemus quod scimus: nec tamen gratiam acquiramus nisi studuerimus et laborauerimus circa scripturas ne donum dei negligamus detur. Gratia dei adiutorium est infirmitati humane. adiutorium autem non dormientibus datur: si festinantibus et pualentibus. Sicut in bello non ois qui pugnat vincit. Nemo enim vincere potest nisi pugnaverit. sic non ois qui studet et legit acquirunt scientiam pualentem. Nemo enim acquirere potest nisi qui studiosus fuerit ad legendum: aut assiduus ad audiendum. Dec. ille. Et Ecclesi. vi. Logitatum habet in preceptis dei: et in mandatis illius maxime assiduus esto. Nam ut eodem. li. dicitur. c. ii. Qui timet dominum inquirat et beneplacita sunt illi et qui diligunt eum replebuntur lege ipsius. Et ratio est quia sicut lux est necessaria gradientibus ut recte que-

bulent. Sic noticia legis ad deum tendentibus Ideo dicitur puer. vi. Considera filii precepta patris tui. Et legitur. Et ambulaueris gradibus eius: cum dormieris custodiet te. Et cuius gloria loquere cum eis. quia mandatum lucerna est et lux. Sed hodie via hac lucis et iusticie inuigilant oibus malis: nec cessant a peccatis. sic in illa vita beata erit in quibus beatus. nunc rationale deum implebit luce sapientie ita ut peritus nulla scientia destit. Implebitur percipientibus nunc fonte iusticie ut oino desiderem? et ea penitus repleamur. Nostrum irascibile replebitur summa iocunditate atque leticia. Dec. ille. Non cessemus igitur bene facere charissimum quod peruenauerit usque in finem hinc saluum erit. Ad hanc. quia nec cessabimus illam diuinam euentiam contemplari ad quam vocabimur dum nobis dicitur. Venite benedicti regni. Quarto dicitur est quod felicitas erit sine alteratione. In hoc enim do sunt valde multe alterationes tam in anima quam in corpore sicut notum est sunt multa impedimenta ut non valeamus a illud regnum puenire nisi cum magna difficultate. Sed in celesti gloria nulla erit alteratio: nec in anima: in corpore: imo oia erunt sic stabilia sic placet ut quilibet beatus possit dicere illud Job. xix. Si mea semper immouabit. Nam res melius placeat et magis sunt gloriose. Ideo ad denotandum summam delectationem illius glorie dicitur quod immouabit. quia tale ac tantum erit gaudium per millia millium annorum: imo: et in perpetuum gratia est in primo aggressu ad illam. De signis autem quod ostendunt hominem esse de numero electorum ad illam gloriam ait beatus. Quis poterit dicere ego electus sum. ego de peccatis estinatus ad vitam. et de numero filiorum reclamare nimirum scriptura Ecclesi. ix. Nescit homo vtrum dignus sit amore vel odio. Certitudine vtriusque non habent sed spei fiducia consolatur nos ne dubitatio huius anxietate penitus cruciemur. Propter data sunt quedam signa et indicia manifeste salutis ut indubitabile sit eius esse de numero electorum: in quo ea signa permanent. Nam quos presciscit et predestinauit conformes fieri imaginibus filii sui ut certitudinem negat causa sollicitudinis induciam prestat gratia consolationis. vtrum qui stat videat ne cadat. et in ea forma salutis indicium est et argumentum predestinationis perseuerare atque proficiat. Pro inter ea que fiducia prestant et certitiam spei illud vnum maximum est vnum domini Johannis. x. Qui est

De generali resurrectione

o sba dei audit. Nonnullos enim sic interdū
uenientes audientes: ac si nihil p̄tineant ad
s que dicunt nō intrare cor suū nō discus
e mores suos nō cogitare: ne forte quod
dicūt dicitur sit p̄pter eos. Si forte sermo
manifeste aduersus vicia illa p̄cessit q̄
s se illi sentiunt obligatos dissimulāt et
errūt oculos. Sedis. aut qualibz adinuen
ne palliat vicia et seducūt miserī semet
os. In his ergo salutis signa non videntur
gis aut vereor: ne forte p̄pterea non au
nt verbus dicit: q̄ sunt ipsi ex deo. Est et
ad testimonium qd̄ in terra daf ad discer
ndos celi ciues a ciuibz babylonis. Non
sine testimonio electos suos deserit de
certe que naz eis poterat esse cōsolatio
r spem et metus sollicitudine anxia flu
rit: si nullū electionis sue habere testi
mū merent. Proinde fidelis s̄mo et om
ceptione dignus quo salutis testimonio
mendant. Tres sūt inq̄ qui testimonium
t. Sp̄s aqua et sanguis. In p̄mo hōie
peccatum: in ipso etiam cecidim⁹ vni
t. Cecidim⁹ sane in carcere luro et lapidi
pleni: exinde iacebim⁹ captiuū inquina
qualitati donec veniet desiderat⁹ gētibz
nos redimere abluere adiunaret. Dic
ni qui sanguine propriū dedit in redē
tione: quas simul p̄duxit de latere suo. in
tione. Emisit deinde de excelso spiritu
qui adiunaret infirmitatē n̄am. Quis
atē qui testimonium habet effusi sanguis
christi nisi qd̄ cōtinet a pctis. Seru⁹ enī
ari est qd̄ facit pctm̄ qui si deinceps cōri
poterit et iugū abijcere misere seruitus
certissimū habet testimonium redēptio
quā operat sine dubio sanguis christi.
si nō sufficit peccatorū si nō assit etiam
ēria. Dabet ergo ab aqua testimonium
aborat in gemitu suo lauās p̄ singulas
les lectū suum. Sane nouū supuenisse
tū: certissime noua conuersatio restat
vt breuiter repetā a sanguine et aqua
ctu habere testimonium est si contines
s: si dignos agis penitētie fruct⁹ si fa
pera vite. hec Bernar. Ex his igitur si
potest esse sp̄s et cōiudinis in dānatis p̄e
nationis ad illā gloriāz de qua pauca
sumus in qua sunt aliqua multo plu
e loqui nō videmus. quia vt dicitur. i.
qd̄. ocul⁹ nō vidit nec auris audiuit
et cor hōis ascendit que preparauit de
ntibz: quibus dicitur est vt ostendat

dat magnitudinē glorie sue. Venite bñ. rē.
Et sic dicitur ē de his q̄ p̄tinet ad aiām. rē.

Consequenter vi
dendū est de beatitudine
corpis: vñ nō solū beata
erit aiā: sed et ip̄us corp⁹
suo modo beatificabitur
Circa quod tria sunt des
claranda.

Primū erit de generali resurrectione.

Secundū erit de finali diiudicatione.

Tertiū erit de corporum gloriōsificatione.

Circa primū ait apostolus. i. Corin. v.
Dēs quidē resurgem⁹ scz tam boni q̄ malī
sed nō omnes imutabimur. scz de statu anī
malitatis ad statū sp̄ualitatis. Iste enī est
articulus fidei q̄ scz credim⁹ carnis resurre
ctionē qui quīs nō possit p̄bati necessas
ria rōne. p̄t tñ p̄bati auctoritate et rēpōzi
ca persuasus sic. Iustū remuneratōe decet
vt illa cōiungat in cōsolatione p̄m̄ q̄ sua
d̄tute cōiūxerat in labore meriti. sed deest
iustus remuneratōr et sua potētia siue vir
tute aiām cōiūxit corpori in labore vite p̄
sentis: ergo aiām cōiūget in cōsolatiōe p̄
m̄vite future. Doc aut fieri nō p̄t nisi illi
qui decesserūt resurgāt a mortuis. ergo. rē.
P̄terea p̄m̄ cōrespōdere debet meris
to et pena demerito. sed anime saluandorū
merent in suis corporibz: ergo et aiē saluan
dorū tandē debet p̄miari in suis corpibz: e
ita aiē dānatorū debēt cruciari in suis corpo
ribz. Item cū aiā nata sit esse corpus forma
et forma naturalē hēat inclinatio ad mate
riā. aiā hz nālē inclinatioz ad p̄ficiēdū hu
manū corp⁹ et regendū: si nulla naturalis in
clinatio est frustra. qz vt dicit s̄mo de celo
et mūdo. natura nō facit aliqd̄ factū vanū.
et si hoc est verū de natura naturata: multo
fortius hoc est verum de natura naturans
te. Doc est de institutore create nature. qui
tū ipsaz nō naturalit̄ nec de necessitate s̄ li
bera volūtate instituit. Frustra autē et vane
esset in aiā sepata p̄dicta inclinatio si nuns
q̄ eēt bñano corpori iterū vniēda. Quāuis
enī nālis appetitū b̄titudinis in dānatis re
mātur sit p̄tēto incōpler: nō tñ ē frustra
qz est ad maioris iniquitatis in qua ob̄st
nati sunt punitionē: et per hoc ad omnē ius
ticie manifestationē: non sic tñ p̄t esset dici
de inclinatione animarū: si nō q̄ essent res
tū corporibz vniēde. Non enī p̄t dici q̄ p̄

De generali resurrectione

petua privatio cōplementi illi⁹ inclinatiois
 esset ppter animarū obstinationē in pecca-
 to. qz bec causa extendi non posset ad aīas
 beatas. banc rationem ponit Richard. Item
 anima rōnalis naturaliter appetitynri suo
 corpori. ergo imperfecta britudine. ipsa aīa ē
 suo corpi vnita. ascendens pz p bñi Augu-
 super Bñi. ad litteras ybi ait. qz anima brā
 retardat ne tota interione ferat in illud sū-
 mū celū scz diuinā essentia. ppter appetitū
 seu dēideriū qd̄ habet ad vniūficādū corpi
 suū. minor etiā patz. qz imperfecta britudi-
 ne oē dēideriū anime implet. Et richard⁹
 inquit hoc requirit vniuersi pfectio. De p-
 fectiōne omni ei⁹ est triplex substantia scz
 pure corporalis r pure spūalis: r ex corpo-
 rali r spūali cōposita. Unde hac pte sue per-
 fectōis careret vniuersū ppetuo si aīa e cor-
 porib⁹ separe nūqz corpi⁹ vniret. s̄ ille Th
 magister dicit. iij. ca. l. ait. Resurrecturā
 carnē omnū quicūqz nati sūt atqz nascen-
 t r mortui sunt atqz morient nullaten⁹ ambi-
 gere debet xpian⁹. Ait enim Isa. xxyi. s̄m
 trānslationē. lxx. interp̄tū. Resurgēt mortui
 r resurgēt qui erāt in sepulchris. Et ap̄stus
 y. Thessa. iij. Nolum⁹ vos ignorare de dor-
 miētibus. Recta ergo fides ait Bonauē.
 dicit resurrectionē corporū nostrorū esse fut-
 urā. r ad hoc credendū adiuvaf per fidem
 r resurrectionis christi iam facte. Si enī xps
 est caput r mēbra dñt pformari capiti. Cū
 xps resurrexit cōstās est vt r nos resurga-
 mus. Et Richard. Anime vniē eisdē corpo-
 rib⁹ nūero a quib⁹ separe fuerunt. Aīe enim
 separe inclināf naturaliter et determinare
 ad illa corpa que aiauerūt. Quāuis enī a
 pncipio creationis anima que est hui⁹ cor-
 poris forma potuisset fuisse pueniens alte-
 rius corporis illis. tamē ex sui vnione ad cor-
 pus ad ipsū determinate cōtrahit naturā
 lem amicitia. Exēplū hui⁹ ponit tale. Sup-
 ponit. due puelle in oib⁹ s̄tes hoc excepto
 qz numero differūt. Quāuis a pncipio in-
 differens esset alicui viro ducere quālibet
 istarū. tū vna ducta tā nō est indifferēs ad
 vrāqz. r si ambe nupture magis inclinaret ad
 illam: cuz qua familiaritate cōtraxit prius
 Preterea rectitudo iusticie hoc exigit vt di-
 ctiū est. vt qui picipes sunt in merito vl de
 merito picipes sint in pena vl premio. Et
 hoc est qz dicit Job. xix. In nouissimo die de
 terra surrectur⁹ ius r iur. circū. pe. m. r in c.

m. y. d. sal. meum. Erit igit idē hō numer-
 qui p⁹ fuit: qd̄ determinat Richard. di. Di-
 na puidētia oēs hoies determinat in sū-
 finē electos ordinat in vltimū finē rōne f-
 finalis bonitatis eis debitū. Illā bonitatē
 r illum finē eis cōferendo. Rēpobos ordi-
 nar in vltimū finē eis debitū rōne fin-
 malicie: nō illā maliciā eis cōferēdo: quā
 malicia nō est a deo: s̄ iuste pmitēdo eo
 decedere in malicia r illū finē eis iuste in-
 gendo. Ille autē finis est vltima pena. D-
 mines hō nō cōsequat⁹ finē suū in hac m-
 tali vita: qz nec assequunt⁹ adēptionē sū-
 boni nec pfecte et⁹ adēptione pūatē. Et
 cōsequunt⁹ sūū vltimū finē post mortē: r
 nō qd̄ nō sunt. Vides autē qz mortui
 nūqz erūt hoies nisi fructū: ergo de ne-
 sitate sequit⁹ qz illi idēz hoies q̄ mortui sūt
 resurgēt. aliter nūqz cōsequerēt⁹ finēz sū-
 vltimū. Et ita ne aliqua opa dei remane-
 imperfecta: r ne naturalis appetit⁹ que ai-
 indidit ad sua corpa. sit frustra. aīe tamē
 probōm⁹ reuincit non ppter eoz cōsolat-
 nē: sed ad sue dānatōis cumulū. Pcedi-
 tamē resurrectio erit imēdiatē p diuina
 tentiāz fiet insup in iussu xpi sicut dicit
 Thessa. iij. Ipse dñs in iussu r in voce
 chāgeli. r in tuba. dei descendit de celo r
 tui qui in xpo sunt resurgent vni. dei
 nos qui viuim⁹ qui relinqm⁹ semel rap-
 mur cuz illis in nubib⁹ obuiā christo in
 r sic semp cuz dño erim⁹. Text⁹ sic expo-
 a Nico. de lyra. Ipse dñs in iussu dice-
 surgite mortui ad iudiciū. r i voce arch-
 li scilicet michaelis qui est pnceps ecclesie
 quo intelligunt⁹ angeli alij qui ministere
 adhibebūt in resurrectionē colligēdo pu-
 res qui magnū sonus faciet quasi iudic-
 cones. Pōt etiā aliter exponi. vt illud d-
 Surgite mortui ad iudiciūm sicut arch-
 michaelis executur et christi impatiē-
 virtute infinita fiet resurrectio. Et sic
 in iussu referat ad xpm. r qd̄ subditur. A
 voce archāgeli ad michaelē archangelē
 Et i tuba dei. Ista tuba nō est aliud qz
 p̄dicta que dicit tuba ppter sicutudine
 be materialis veteris testamēti qua fi-
 conuocatio ad consiliū r preparatio a-
 lum r inuitatio ad festum. quia tūc on-
 congregabunt in iudicio r armabuntur
 iusti ad vltionē inimicorū r inuitabunt
 iusti ad festum angelorum. Descendēt qz
 stus de celo. nam iudicabit in forma h-

apparet. fm q̄ dicit Act. i. Sic iesus
 affump̄ est a vobis scz in forma hūa-
 nita sic veniet. scz ad iudiciū. Et mortui
 in christo sunt resurgēt p̄mi. Ista p̄-
 s̄ et posteritas nō pōt intelligi ad actus
 rēgēdūz omnes resurgēt in eodem in-
 sti fm qd dicitur h̄me Lxxij. xv. Des-
 cē resurgēt. Et subdit in momēto in
 oculu: propter qd salua meliori iudicio
 est mihi q̄ ista prioritas et posteritas sit
 rēda ad quietē in christo in eius fide
 sedo. Deinde nos simul rapiemur cum
 iam resuscitati cū ipsa obuias christo
 enti ad iudiciū in aera vbi p̄fert sentē-
 iudiciū super vallē iosaphat. vt dicitur
 Jobel. iij. Et sic temp cū dño erimus:
 electi a christo nō separabūf amplius
 temp erūt sibi cōiuncti: nō solus in ani-
 sed etias in corpore. Dec Nico. de lra.
 auen. nō di. xliij. iij. qm̄ christo ē assi-
 re nostre resurrectionis duplicem causā
 quam efficientem et finale. Efficientēz
 dupliciter assignare aut sicut p̄mū h̄m-
 ū aut sicut instrumētū efficiens. Sicut
 nū p̄ncipiū est xps fm deitatem et totis-
 nitas efficiēs: sicut instrumētū est vox
 h̄i ad cū? plationē et yocationē mortui
 rēnt. Sicut causa exēplaris duplex
 ha in qua res cognoscitur et disponit. et
 est dei filius fm naturā diuinā et tota-
 tas. alio mō in quo inchoatur et exem-
 cas. et sic est resurrectio xpi. Quia vt di-
 lugu. de tri. Talia erūt corpora quale
 in sua resurrectione mōstrauit. Qm̄ fuit
 idā erēplū in quo fuit nra resurrectio
 data tāq̄ membū in capite. sicut dicit
 pe. ij. Deū cōiunificauit nos christo nos
 per fidē formatā incorporādo cui? grā-
 tis saluati. scz in spe et cōresuscitauit sicut
 ter in spe. Dicit idem doc. q̄ p̄mū natu-
 surgēt q̄ audiat. Unde in auditu sunt
 scilicet receptio speciei in organo et ius-
 in de re recepta. Quātū ad receptionē
 idet excitationē: sed q̄ntū ad iudiciū
 et ita ad vocem christi fiet resuscita-
 hō bonoz ipsi humanitatis in qua fuit
 ū. Unde vox ista erit d̄ruosa. Et ideo
 iustus quasi p̄ceptū. Dicit enim et fiet
 angelica. ideo dicit vox archangeli. id
 p̄ncipiū. Erit nihilomin⁹ serena. et ideo
 ube dicit. et idē multiplici vocabolo ex-
 p̄f ad insinuandū illi⁹ vocis p̄rietatē
 p̄plicem et dignitatē. Jo. v. Nolite mī-

rari hoc. quia venit hora in qua omnes qui
 in monumentis sūt audiet vocē filij dei.

Declarat idem doctor q̄ in resurrectio-
 ne tria erunt.

Primū erit corpus ex puluerib⁹ reformatio
 Secundū ipsi corpori reformato aie vnio.
 Tertio vnioz inseparabilis colligatio.

Primū erit contra naturā. i. contra solē-
 tum cursuz nature que pōt perfecta destrue-
 re. nō tamē pōt destructa reparare. Secundū
 erit fm naturā: quia aīa corpori optime or-
 ganizato cui desiderabat vniri vnies. Ter-
 tiū erit supra naturam scz ex corruptibili
 fiat incorruptibile. Quia ergo primū et vlti-
 mū nō est a natura. ideo nō est dicendū re-
 surrectionē eē nālē. p̄mū. s. relectio pul-
 uerū videt debere fieri p̄ āgelos. iuxta illō
 Mat. xxiij. Aditret angelos suos cū tubaz
 voce magna et d̄gregabit electos ei⁹ a quat-
 tuoz ventis celi: a sumis celoz vsq̄ ad ter-
 minos eorū. De lra. Aditret angelos suos
 quia ministerio angeloz colligent cineres
 mortuoz. Cū tuba: sicut enim in datione le-
 gis auditus est son⁹ terribilis. vt habetur
 Exo. xx. Ira audiet tunc sonit⁹ cōstitis vir-
 tute angeloz factus. et voce magna. Ista
 vox erit vox xpi vocātis mortuos ad iudic-
 cium. Et cōgregabit electos ei⁹. Zicet enī
 omnes adducant. ad iudiciū: tamen electi
 sp̄līter adducēt ministerio angeloz: quia
 erūt concius eorū. A quattuor ventis celi
 id est a quattuor p̄rib⁹ mūdī vnde oriuntur
 p̄ncipales eyēti. et p̄ h̄ itelligit. alie pres or-
 bis min⁹ p̄ncipales. A sumis celoz et. Iste
 mod⁹ loquēdi est fm apparentiā: qz sumus
 celi videt esse sup centis capitis nri. s. min⁹
 aut celi videt vbi terminat aspectus. quia
 ibi videtur celū cōiungi terr. licz fm veri-
 tatem equaliter distet a terra vndiq̄. Est
 ergo sensus a summis celoz. id est ab om-
 ni loco qui sub celo est adducēt electi ad
 locum iudiciū. Dec Nico. de lra. Sc̄m h̄
 dicitur q̄ corporalis relectio puluerum
 non fit in instanti: quia nulla virtus crea-
 ta potest aliquod corpus de loco ad locum
 transferre in instanti: sed virtus angeloz
 quozum ministerio talis puluis materia
 lis recolligetur. de quo formanda sunt cor-
 pora resurgētū est finita: erit tñ rep⁹ bre-
 ue et ip̄cepibile humano sensu: qz quātū
 h̄mōi actio angelozū mēsuret tpe sue cuoz
 mēsure tñ talis est a deo veloz q̄ excedit
 oēm t̄pale velocitatē ab hoīe excogitabile.

Ideo ap[osto]lus dicit: q[uo]d fiet in momento. For-
 matio tamē corp[or]is & animatio fiet in in-
 stanti: q[ui] sola virt[us] diuina & predictio pul-
 ue[ris] poreit humanū corp[us] formare: & forma-
 tum animare: que quida[m] virtus ē simplici-
 ter infinita. Et h[ab]ita apli referātur ad h[anc]
 corp[or]is formationē: & animarū infusionē
 tunc pot[est] concedi q[uo]d per ictum oculi & p[er] mo-
 mentū intelligit instantaneam mensuram:
 non tamē hoc faciet deus in instanti p[ro]pter
 necessitatem: sed magis p[ro]pter congruita-
 tem: vt ex hoc. s. magis elucescat diuine vir-
 tutis p[er]fectio omnem virtute[m] creatam ex-
 cedens: & hoc dico probabiliter. Et hoc suf-
 ficet in ista materia supernaturali ad quam
 intellectus humanus nō potest sufficienter
 attingere p[er] statū miserie. Circa hanc ma-
 teriam querit Ric[ardus]. vtrum ex materia cu-
 iuslibet membri reintegretur idem mēbru[m]
 in numero? Et soluedo dicit q[uo]d in materia
 membri est cōsiderare illud q[uo]d est de neces-
 sitate ad debitam membri cōsistentiam: et
 illud quod ibi ē de superfluitate. nam cōtin-
 git quādoq[ue] membrū aliquid plus habere
 de materia q[uam] cōueniens sit forme eius.
 Prīmū ergo redibit ad idem membrum in
 numero: q[uo]d reformatio debet respondere for-
 mationi. Si tamen aliter fieret nihilomin[us]
 videretur quibusdam q[uo]d posset idem corp[us]
 in numero resurgere ex quo rediret totius
 eadem materia in numero: & eadem in nu-
 mero forma: que sunt eēntiales partes cō-
 positæ: quod sentire videtur Aug[ustinus]. xxi. de ci-
 vbi ponit exemplum de vase facto in limo &
 posita in eundē limū redactō: & de eodem li-
 mō iterum reparato. Et ibidē dicit q[uo]d ad
 hoc q[uo]d redeat idem numero non oportet q[uo]d
 illa pars materie que prius erat in fundo
 iterum ponatur in fundo: sed sufficit q[uo]d to-
 tum reparatur de toto. Et simile dicit in li-
 bro Enchyri. c. xci. Si status inquit cuiuslibet
 bet metalli solubilis aut igne liquesceret aut
 dretur et in puluerē: aut funderet in massā
 & eaz vellet artifex rursus ex illius materie
 quāitate reparare: nihil interesset si ad e[um]
 integritate[m] repate que particula materie
 cui mēbro redderetur dum tamē totum ex
 quo constituta fuerat restituta resumeret.
 ita deus mirabiliter arg[ue]t ineffabiliter artis-
 fer[us] de quo caro nostra constitit: nec ali-
 quid attrinebit ad eius reintegritate[m] vtrū
 capilli ad capillos redeāt: & yngues ad yn-

gues: an quicquid eorum perierat m[er]ite
 in carnem: & in partes alias corp[or]is re-
 cetur curante artificis p[ro]uidētia ne q[uo]d
 indecens fiat. Dec Aug[ustinus]. dicit in super
 doctor. c. precedenti. Non aut[em] perit deo-
 rena maceries de qua mortalium creat[ur]
 ro: sed in quemlibet puluerem cinerem
 soluat in quolibet altius aurasq[ue] di-
 giat in quancūq[ue] alioq[ue] corp[or]ū subitan-
 vel in ipa elemēta verratur in q[ui]cūq[ue]
 lium etiaz hominū abū cedat: camēq[ue]
 terur alimōtie humane p[er]cto tempore
 dit q[uo]d illaz p[er]mitus vt homo fieret cre-
 uerit animauit. Dec ille. Sed de etate
 quantitate resurgētium iam dicam[us]:
 storus nāq[ue] ait Ep[iscop]o. iiii. q[uo]d officia de q[ui]b[us]
 ibidē loq[uitur] exercēbūtur in ecclesia mil-
 te donec occurrat? oēs in vnitatē fidē
 ait N[on]. de lyra q[uo]d sumus vnit[us] in fide & co-
 tione christi in vtrū p[er]fectū. I. occurrat?
 si o veniēt ad iudiciū qui est vir omni-
 factus: in mensurā etatis plenitudinis
 si. omnes enim resurgēt in etate. xxxi.
 notum que est etas plene perfecta & in
 christus passus fuit. Dec N[on]. de lyra. Q[ui]
 deducens Ric[ardus]. di. xliij. q[ui] ait. Om-
 resurgent in statu corp[or]is: & naturalis-
 turis quas habituri erant si tātū vixerit
 vel quā habuerunt qui tātū vixerit q[ui]
 in tempore ad quod terminatur motus
 ciendi qui circiter de lege cōmuni est
 tempus quo christus mortu[us] est. vñ 2.
 xxxi. de ci. ait. Q[uo]d cōmemorauit ap[osto]lus
 sura etatis plenitudinis christi sic acco-
 mus dictum vt nec vltra nec infra illius
 formam resurgant corp[or]a mortuor[um]: si
 ea etate & robore vsq[ue] ad quam hic ch[ri]s-
 peruenisse cognouimus. p[ro]pter enim p[ro]-
 ctionem nature decet vt resurgant in
 mo statu corp[or]is que habuerūt: vel si
 vixissent erant naturaliter habituri.
 autē status est in termino motus p[ri]m[us]
 vt dictum est: & ita non omnes resurge-
 equali virtute naturali vel superna
 si omnes resurgēt in naturali virtute
 quilibet habiturus erat vel habitus in-
 no sui profectus: & illud tempus fere
 est quātum ad omnes. ideo omnes di-
 resurrecturi in eadem nocte. Et dixit se
 tempus mēsurans motus profectus in
 nibus hominibus non est punctualite-
 le. Dec Ric[ardus]. ad galat[as]. etia[m]. i. c. di.
 dicit. Omnes enim in eadem etate

